ꝑhoꝝ stoycoꝝ dicit Plin. spe. histo. li. vj. c. xxviij Porro stoycoꝝ snīa cuius secte ꝓncipes fuisse dicunt zenon et crisipus fuit vt ait hiero. posse omnē passionē eradicari & extirpari de mentibus hominū. hoc idem senserunt veteres achademici. ꝓypatetici aūt dicunt easdē passiones frangi. regi & moderari. et quasi infrenes equos quibusdā lupatis coherceri. Quoꝝ sententias ponit Tullius in tusculanis qōnibus & origenes in stromatibus ¶ Liber aūt ciceronis de paradoxis de sentētijs stoycoꝝ totus ꝓtextus est. Quarū quidē quedā vere sunt: plures aūt false. Hec aūt sunt sex paradoxa que ibi ponūt. primū q̄ honestū id solum bonū esse. secundū in quo virtus sit: ei nihil deesse ad beate viuendū. terciū qua et magna est culpa quasi nō sit gradus in culpis maiorꝝ minoꝝ. q̄rtū omnes stultos insanire. quintū omnes sapientes liberos esse. et omnes stultos seruos. sextum solꝰ sapiēs diues est. Itē stoycoꝝ sunt illa q̄ ponit seneca li. de benefi. Negamus iniuriā accipere sapientē qui tū illū pugno ꝑcusserit iniuriaq; dānabit. Negamus stulti quicq; esse. et tñ eū q̄ rez aliquam stulto subripiunt. furti iudicio ꝓdēnabim⁹

Insanire omnes dicimus:et tñ oēs curamus ellebro.his ipis quos vocam⁹ insanos:et suffragium et iurisdictionē cōmittim⁹. Dicūt stoyci inquit Seneca li.de būficijs. Nihil pōt ad malos puenire qđ ꝑsit imo qđ nō noceat. Quecūq; eīn illis ꝓtingūt:i suā naturā vertūt. Ideo nec beneficiū dare pñt:qm nēo pōt qđ nō habet dare.hec q̄uis ita sint:tñ accipe quedā mal⁹ pōt q̄ beneficijs silia sunt.q̄bus nō redditꝰ ingrat⁹ erit. Sūt eīn animi bona:sunt corꝑis:sunt fortune. prima a stulto et malo submouenk. ꝓpatetici ẋo q̄ felicitatꝰ humane lōge lateq; terminos ponūt aiunt minuta būficia puentura ad malos:q̄ qui nō reddit ingratus est. Nobis aūt nō placet esse beneficia q̄ animū nō sūt factura meliorē. Cōmoda tñ esse illa ⁊ expectāda nō negam⁹. Idē Sene.vij. de beneficijs. Dicitis o stoyci oīa sapientis esse. Quō g̃ pōt aliq̄s dare aliquid sapiēti si oīa eius sunt. Sed nihil ꝑhibet q̄d et sapiētis esse et eius qui possidet. In re ciuili oīa regis sunt.et tñ illa quoq; ad regē ptinet vniuersa possessio:in singulos dños descripta sunt.dare tñ regi ⁊ donū ⁊ pecuniā possum⁹ et mancipiū:nec tñ dare de suo dicimus.ad regē eīn ptās oīm ptinet:ad singulos ꝓprietates. Idem in eodē. Nos stoyci quedā ꝓcipimus vltra modū.vt ad verū ⁊ suū redeāt. Cū dicim⁹ ille dati beneficij meminisse nō debet. hec volum⁹ intelligi:q̄dicare nō debz nec iactare nec grauis eē. Quotiens tibi parū fiducie in his quib⁹ imperas est.amplius exigendū est.q̄satis est vt ꝑstek q̄tū satis est. In hoc oīs ybole extēditur.vt ad verū mēdacio veniaꝯ. Nūq; eīn sperat ybole quātū audet:sed incredibilia suadet vt ad credibilia sed magna ꝓueniat.hec ille. Sz notandū qđ apls ait. Dñs nō indiget nr̄o mēdacio. Et Aug⁹.xxij.q.iij.primū ait ad salutē sempiternā nullus ducēdus est opitulāte mendacio

Idē seneca si ꝑmiseris alicui te daturū beneficiū ⁊ postea scieris eū eē malū:dabis an nō: si facies:sciēs peccas.das eīn cui nō debes scz malo. Si negas.et hoc mō peccas. ꝑmisisti eīn et hoc mō ꝓscia nr̄a titubat et ad illud stoyci ꝑmissum. Nunq; sapientē ꝓsilijs suis penitere nec vnq; emendare qđ fecerit nec mutare ꝓsiliū. Nō mutat sapiēs ꝓsiliū oībus his manētib⁹ q̄ erāt cū sumeret. Ceterū ad oīa cū exceptōne venit.scz si nihil inciderit qđ impediat. Imprudētiū eīn ista fiducia est:fortunā spondere sibi:sapiēs vtrāq; ptem eius cogitat. Tunc fidē fallā.tūc incōstantie crimen audiā si cum oīa eadē sunt q̄ ꝑmittente merāt nō pstitero ꝑmissum. Oīa eīn esse debēt que fuerūt cum ꝑmitterē:ad hoc vt prestare tenear.

Itē aug⁹.li.xiij.de ciui.dei.ait. Quas greci eupatias latine aūt cicero cōstantias vocat:stoyci tres esse voluerūt ꝑ trib⁹ ꝑturbationib⁹ in aīo sapiētis. ꝑ cupiditate voluptatē: ꝑ leticia gaudiū: ꝑ metu cautionē. ꝑ egritudine vero vel dolore quā nos ambiguitatis vitāde causa tristiciā maluim⁹ dicere:negauerūt posse eē aliq̄d in aīo sapientis. Voluntas quipe inquit appetit bonū qđ facit sapiēs. Gaudiū ẋo de bono adepto est. qđ vtiq; adipiscik sapiens. Cautio deuitat malū quod debet sapiens deuitare. Tristicia porro q̄ de malo est quod iam accidit:et nullū malū existimant posse accidere sapiēti:nihil in eius animo ꝓ illa posse esse dixerūt. Apud nos aūt nō tam querik vtrum pius animus irascak q̄ vnde irascatur. Nec vtrum sit tristis:sed quare sit tristis. Nec vtrum timeat:sed quare timeat.hec Aug⁹.

Stoycoꝝ quoq; credik esse illa sentētia inq̄t Vincen.spe.histo.li.vj.ca.xxxij. Qui vnā virtutē habet:habet omnes.et q̄ vnā nō habet: nullam habet. Similiter devicijs dicunt.qui vnum habet habere oīa.hoc tñ devicijs nō est verū.cū et vicia aliquādo sibinuicē ꝓtrariank.⁊ cōtraria mutuo se expellunt. Nec eodē tpe simul se cōpatiuntur in eodem.sicut auaritia et prodigalitas et huiusmodi.

Anno philadel .§.x.

phi.xv.floruit herasistrac⁹ medicus.hic vt legik pulsu ꝓgnouit amantē.vnde refert valeri⁹.q̄ cū antiochus seleuci fili⁹ nouerce infinito amore correptus esset.ab herasistraco medico sanatus est qui pulsum eius modo vegetiorē modo languidiorē sentiens ꝑm accessum et recessum nouerce. id patri indicauit qui charissimā ꝓgnem filio cedere nō dubitauit.hec ille. Sz pessime fecit vterq;. Anno philadelphi.xxix. regnauit in syria antiochus qui vocabak theos.⁊ regnauit annis xv.hic vt ait hiero.sup danielē aduersus philadelphū bella gessit q̄plurima.totisq; babilonis et orientis viribus cōtra eum dimicauit. Volēs autē ptolome⁹ philadelpꝫ.post multos annos molestum finire certamē.filiā suam noīe bernicē antiocho vxorez dedit. Qui de prioꝛe vxore laodice duos filios habebat. Seleucū scz qui ꝓgnominatus est gallinicus:et alterū antiochū.induxitq; eam ad peleusiū et infinita auri ⁊argēti milia dotis noīe accepit. Antiochus ergo bernicem cōsortem regni habere se dicens ⁊ laodicem loco cōcubine. Post multū tempus amore laodice superatus eam cum liberis suis reduxit in reginā. Que metuēs ambiguū viri animū. ne bernicem reduceret: virū suum ꝑ ministros veneno interfecit.bernicem autē cum filio qui ex antiocho nat⁹ erat ycadioni et gener antiochie principibus occidendā tradidit.filiūq; suum maiorem seleucū gallinicū in patris loco regē cōstituit. Porro de morte eius antiochi narrat valerius maximus. q̄ hoc modo celata fuerit. Regi inquit antiocho vnus ex equalibus et ipe regie stirpis noīe arthemo per quā similis fuit.quē laodice vxor antiochi interfecto viro dissimulandi sceleris in lecto per vim quasi ipm regez egrū collocauit. Admissumq; vniuersum populū et sermone eius et vultu cōsimili fefellit. Crediderūtq; homines ab antiocho moriēte laodicē sibi ⁊ natos ei⁹ cōmendari.

De hoc philadelpho rege egipti. dicit hiero.super danieꝯ.q̄ apud grecos habitus est oꝛator ⁊ pbs.tanteq; potētie fuisse narratur: vt ptolomeum patrem vinceret. Narrant hystorie eum

habuisse peditum.cc.milia. Equitum.xx. milia. Curruũ duo milia:et elephantes quos prim⁹ eduxit de ethiopia.cccc. Naues longas ꝗs nunc liburnas vocant mille quingentas.alias ad militũ victualia portanda mille.auri quoq; et argẽti grande pondus:ita vt de egipto per singulos annos.xiiij.milia et.lxxx.talenta acciperet argẽti t frumẽti artabas.q̃ mẽsura tres modios t tertiã ptẽ modij ꝓtinet ꝗnquies milies cẽtena milia

Post philadel §.XI.

phum regnauit frater eius ptolome⁹ euergetes vt refert cõmestor ĩ hist̃oria scolastica. qui ab egiptijs euergetes dictus est quod reuectõez sonat quia post vastatã syriam et ciliciam t partẽ asie. inter innumera spolia que cepit:etiam deos eoꝝ ꝗs cambises in ꝑsas transuexerat reuexit. Eo tempore iudeoꝝ pontifex onia symonis iusti filius.cui successit symon filius eius. sub quo iesus filius syrach libr̃ sapientie qui ecclesiasticus dicitur.quẽ hebrei panarethon vocãt.a pan quod est totũ:et rethon qđ est virt⁹.quasi totus de virtutib⁹.vnde de ipo symone in eo facit mentionẽ. inter apocriphos tũ ab hebreis ponit. Porro onias cum tributa negasset euergeti zelo legis vel potius ex auaricia vt dicit Josephus. cõpulit regem in iram. Et missus est legatus a iudeis etiã inuito onia ad regẽ Josephus vir nobilis et thobias filius sororis onie.qui nõ solum reformauit pacẽ:sed remissus est a rege dux iudeoꝝ t finitimarum regionũ. Eo tpe empnius ꝑbs tarentinus a cathone questore romã translatus est. parco sumptu cõtentus et vnius ancille ministerio. Post euergetem regnauit filius eius Ptolomeus philopator post quem ptolomeus epiphanius. Abortuus est iste epiphanes anno regni sui.xviij.veneno interfectus a ducibus suis vt ait Hiero. super danie'. Nam cum vnus quereret ab illo tantas res moliens vt haberet pecuniam. Respondit amicas sibi esse diuitias. Quod cum diuulgatũ esset in populos timentes duces ne impiorũ auferret substãtias maleficis artibus eum occiderũt. Post quẽ ptolome⁹ philometor regnauit.quẽ vicit rex syrie antiochus magnus et iudeã sibi subiugauit. Pontifex iudeoꝝ onie magno ad quẽ ad reparandũ fed⁹ quod legerat fuisse inter abrahã et maiores suos.lacedemonios rex aruis legatos misit. Porro antioch⁹ tributa septimi anni t ministroꝝ templi que relaxauerat philadelphus a iudeis reuocauit. Qui dũ finitimas regiones supra modũ infestaret: delata est res ad romanos.et missi sunt ad euꝝ scipio affricanus.et scipio nasica vt ab infestatione dicta sub religione iurisiurãdi remouerẽt eum. insuper tulerũt filiũ eius seleucũ obsidem quẽ volens recipere ab eis tradidit eis filiũ suum minorem natu antiochum.s.epiphanẽ. ita q̃ esset obses ꝑpetuus.i.nunq̃ rediturus. Propter eiusdẽ antiochiã seuitiã onias descẽdit ĩ egiptũ ad ptolomeum epiphanẽ. Occisus est aũt ipe antioch⁹ magnus in perside in phano nanee membratim eiectus a sacerdotibus.qui in dolo ꝓmiserant ei thesauros:et cum paucis inducentes eum in abditis occiderunt.

Post antiochũ §.XII

magnũ regnauit in syria filius eius maior seleucus pessim⁹:sed iners.pontifex iudeorũ fuit onias.nam onia transeunte in egiptũ vt dictum est. filius eius symon sedit ꝓ eo.cui successit filius eius onias. Sub hoc misit seleucus heliodorũ in hierusalem ad spolianduꝝ omnẽ erariũ templi. quo ingresso apparuit quidã terribilis equester armatus.cui⁹ equus pedib⁹ ꝓnib⁹ ꝑcutiens: precipit in terrã. Et exinde duo alij sequẽtes acerrime ꝯbe rauerunt eũ. Quos dicit Josephus angelos fuisse.aliqui dicũt cum mortuũ alij semiuiuũ relictũ Sed onia orante ꝓ eo resuscitatus vel sanat⁹ est plene reuersus ad regem nuncians dei virtutẽ in se exptus. Et hoc habet'.ij.machab. Eo tpe aristobolus natione iudeus ꝑypateticus ꝑbs. scripsit cõmentarios explanatõis in moysen ptolomeo philometori. Audiens autẽ antioch⁹ epiphanes q̃ rome obses erat ꝓ patre patrẽ mortuum.saensq; fratris inertiam de regno syrie habendo ꝑsumens.clam romam egressus est. licet quidã tradant eũ sub ꝓsiuentia senatorũ redisse reuersusq; in syriam benignũ se in omnib⁹ t munificum exhibeat. Strennuus erat in agendis et acer in hostes.vnde et a populo cognominatus est epiphanes qđ sonat illustris. Post biennũ autẽ vt ait iustinus rufus cõtra ptolomeũ ꝓgreditur exercitũ.antiochus ptolomeo maiori vxoris sue filio regi egipti bellum infert segni admodum t quotidiana luxuria ita marcenti.vt nõ solum regie maiestat̃ officia intermitteret:verum etiaꝝ sensu hominis nimia sagina careret.pulsus ergo regno ad fratrẽ suũ minorẽ ptolomeũ alexandriam cõfugit.ꝑticipatoq; cum eo regno legatos romã ad senatũ mittunt. Cum ergo duo fratres ptolomei obsiderent' alexandrie ab auunculo suo.venerunt legati romanoꝝ.quorũ vn⁹ marcus popilius excedere eum ab egipto iubet. Cũ autez rex osculũ ei obtulisset. Nam inter ceteros coluerat popiliũ cum rome obses esset: popilius fatescere interim priuatã amiciciã iubet.cũ mandata patrie intercedebant. Prolatoq; ei senatus decreto et tradito cum cunctari eum videret.cõsolationẽq; ad amicos cõferre.fecit popilius(vt ait etiã Hiero. sup danie'.)orbem id est circuitũ in arenis baculo quẽ tenebat manu. Nã in littore inuenerat regẽ stantẽ t circũscribẽs eũ dixisse ferr'.senatus populusq; roman⁹ ꝑcipiũt vt in isto loco rñdeas qđ ꝓsilij geras. Quib⁹ dictis ꝑterritus antiochus dixit. Si hoc placet senatui populoq; romano:recedendũ ẽ. nõ legatũ locutũ: sed ipam curiã añ oculos positã credẽs. Post biennuũ aũt q̃ templũ spoliauerat antioch⁹ misit hierlim q̃ tributa exigerẽt a iudeis et transferent cultũ dei.et in templo iouis olimpij simulachrũ et antiochi statuas ponerẽt.et eo tempore apud macedones regnauit perses fm eusebiũ.

Hub isto ergo .§.XIII.

antiocho qui dictus est epiphanes.i.illustris ceperunt gesta que narrant in libris machabeorū. qui licet apud hebreos inter apocriphos numerentur. tñ ecclesia eos recepit vt doctrinā vtilez figurantē et plia spiritualia demonū cōtra populum dei:et diuisiones ⁊ scismata in ecclesia orta. Et in.j.ca.primi libri dicit q ex illis qui.s.regnauerunt post alexandrū magnū.exijt radix peccati antiochus illustris.q fuerat rome obses. filius antiochi regis magni.et regnauit.s.in syria post mortē fratris eius.s. seleuci.qui seleucus miserat heliodorū ad spoliandū templū sed flagellatus ab angelis vacuus recessit anno centesimotrigesimo septimo regni grecor. In diebus illis exierunt de israel filij iniqui ⁊ psuaserūt multis dicētes.eamus ⁊ disponam⁹ testamentū cum gentibus. Quod fecerūt mittētes ad ipm antiochum petētes licentiā ab antiocho. Et ꝓpter hoc oblata magna pecunia vt facerēt gymnasiū i hierlim. id est scolas ad docendū ritus gentiliū:⁊ ephebiam.i.prostibulū masculor:. Que oia obtinuerūt et fecerūt.dimittētes circumcisionē ⁊ alias ceremonias legis. Et cōtendentib⁹ duobus ex sacerdotib⁹ de sūmo pontificatu.s. iasone ⁊ menelao. qui vt placerēt regi: mutauerūt noia sua ꝓpria. Nā iason dicebat iesus:et menelaus dicebat iohannes.et sumpserūt sibi noia gentiliū. Oia aūt fm ordinē legis erant. Ipseverus pontifex erat bon⁹ et frater iasonis:sed ab antiocho eo amoto factus est iason oblata magna pecunia. Et vt dicit Aug⁹.tūc extinctus est ignis altaris templi q vixerat sub aqs tpe captiuitat babylonice.vt.j.q.j. Sicut eunuchus ꝓpter sacerdotiū emptū in detestationē symonie. Et rex accepit dominiū super iudeos.et fecit in iudea cedē magnā ⁊ spoliauit templū vt dictū est supra.et mandauit oībus iudeis sub pena mortis assumere ritus gentiliū. ponēs simulacrū iouis in templo vt ei sacrificarē tur.et libros legis dei fecit cōburi et apud qs inuenirēt occidi. Et similit eos q legalia seruarēt. Et ꝓpter hoc multi occisi sunt:qr legē seruabant de quib⁹ habet in secūdo libro machab. in q supplentur quedā omissa i primo libro:gesta tñ tpe illo. Ibi in primo ca.et secūdo ipius secūdi libri ponit epistola missa ab his q erant in hierusalez ad iudeos dispsos in egyptū.narrātes magnas tribulatōnes ab eis prius ꝓpessas sed a deo liberatos.exhortātes eos cum ipis gratias agere et festa pagere purificatōis templi. Fit mētio in tercio ca.de heliodoro misso ad spoliandū templuz sed in exspoliatiōe ab angelis flagellato de q supra. Exinde narrat qr mortuo seleuco frater ei⁹ antiochus epiphanes q fuerat rome obses. sed mortuo antiocho magno patre ei⁹ reuersus fuerat de roma in syriā suscipiens regnū ad quē accedens iason frater onie summi sacerdotis. ꝓmissis regi talentis argēti.cccl.x.obtinuit summū sacerdotiū. Qui ⁊ alia.cl.talenta ꝓmisit pro licentia obtenta ad ꝓstruendū gymnasiū in hierusalē et ephebiam.qui pessimus iason misit de hierosolymis dragmas.ccc.in sacrificijs herculis ad regem pro fabrica nauium triremiū. Et menelaum fratrem cuiusdam symonis.qui instigauerat seleucum ad mittendū heliodorum ad templū spoliandum vt dictuz est supra.misit ipe iason ad regem cum multis pecunijs.quibus in seipm menelaus retorsit summū sacerdotium.addens ad ea que obtulerat iason.ccc.talēta argenti pro eo obtinendo.quod ⁊ a rege obtinuit. Et cum menelaus nō solueret pecunias ꝓmissas pro sacerdotio summo obtinendo amotus est a rege.⁊ cōstitut⁹ pro eo frater ipius lisimachus dictus. Cum autē rex antiochus de antiochia proficiscens reliquisset ibi vice sui vnum ex comitibus suis andronicum nomine.menelaus ipe furatus aliqua vasa templi donauit andronico ad captandam beniuolentiaz eius. Super quo argutus ab onia sancto viro sacerdote.indignatus rogauit andronicum vt occideret oniam.quod ⁊ fecit. Sed reuertens rex hoc audiēs de iniusta morte tanti viri dolens ⁊ lachrymans:andronicū ipm purpura exutum occidi fecit rex:vbi oniam occiderat. Multis autē sacrilegijs a lisimacho in templo perpetratis menelai cōsilio et auro inde asportato. fama de hoc diuulgata:insurrexit mltitudo populi cōtra lisimachuz.et facta seditione inter lisimachum tribus milibus armatorū associatū. et populum pluribus hincinde interfectis. demū ipse lisimachus sacrilegus secus erarium occisus est. Menelaus autē propter auariciā potentuz ⁊ fauentium permanebat in potentia crescens in malicia. Eo tempore antioch⁹ secundā profectionem parauit.in egiptū ad eam subijciendaz. Cōtigit autem per vniuersam hierosolymorū ciuitatem videri diebus.xl.per aera equites discurrentes auratas stolas habentes.et hastas quasi cohortes armatas.et cursus equorum et telorum iactus et galeatorum multitudinez gladijs districtis oīsq generis loricar. Quapropter oēs rogabāt in bonū mōstra ꝓuerti. Infra cū exisset falsus rumor de morte antiochi Iason secum iunctis mille viris aggressus est ciuitatē ⁊ menela⁹ fugit i arcē Et facta magna cede iason ꝓncipatū q dē nō obtinuit vt querebat sed profugus in ammanitē postea in egiptum fugiens de ciuitate in ciuitatem. omnibus odiosus vt refuga leguz.et execrabilis vt patrie ⁊ ciuium hostis:apud lacedemonios illamentatus et insepultus moritur. His ita gestis suspicatus rex antiochus societatem desertu ros iudeos.profectus ex egipto venit hierosolymam iubens suis nemini parcere:sed occurrētes eis occidere et per domos intrare ad idem. Ex q factum est vt in triduo.lxxx.milia essent interfecti:et.cccc.milia vincti:nō min⁹ venundati. Aususq est intrare templuz menelao ductore: qui legum et patrie fuit proditor.et sancta vasa scelestis manibus cōtrectare et auferre.ac etiam mille octingentis talentis argenti de templo asportatis reuersus est antiochiam. Reliquitq in hierosolymis philippum genere frigium crudeliorē

se ad affligendū populum.et in garizim menelaum. Misitq; odiosum principē appollonū cum exercitu.xxij.miliū. Qui hierosolymā veniēs pacem simulans die sabbati feriatis iudeis suis arma capere iussit ⁊ oēs occurrētes trucidare. Judas aūt machabeus in desertū secesserat.cum multis feni cibo vescentes vt dicet infra. Non multo post misit rex quendā senem antiochenū. qui cōpelleret iudeos ad transferendū se a dei legibus ad ritus gentiliū:et vt poneret in templo idoluz iouis. Sicq; templū repletū est luxuria ⁊ cōmessationibus.cogebāturq; sub pena mortis ad sacrificia idolox et in vicinas ciuitates suggerentibus ptolomeis idem edictū erat. Due mulieres delate q filios circumcidissent: puulis ad vbera suspensis p ciuitatē circumducte de muris ꝓcipitate sunt. Eleazarus vnus de prioꝝ scribaruz antiquus.cōpellebat carnē suillam edere qđ est cōtra legē. Et cum nollet:ab amicis suis suasus est vt saltim hoc fingeret egisse vt mortez euaderet.qui noluit vti tali fictione:ne alij exemplo eius audientes hoc egisse.ad edendū eas inducerent vnde ⁊ ad mortē vsq; flagellat⁹ est. exemplū cōstantie relinquēs. Inter hec ponit celebre martyrium apud antiochiā celebratū.matrone cuiusdam cum septē filijs.q̄ cum eis varios mortis cruciatus ppessi sunt ab antiocho ne dei legē violarent edendo carnes porcinas ꝓtra legē. ad qđ a rege cōpellebant.matre vidente et eos ad tolerātiam animante.et singuli eox dū torquerent verba promebāt attestantia fidē resurrectōis corporum ⁊ regē arguentia.vnde ⁊ ecclesia latina solū de his festum agit prima die augusti ex oīb⁹ sanctis veteris testamenti.ꝓpter mirabilē cōstantiā ostensam ꝓ legis obseruatione.

Reuertēdo ad §.XIIII

ea qne in primo libro machab.habent. Cū ab antiocho in principio missum fuit edictum vt iudei transirēt ad ritux gentiliū.quidā de genere sacerdotali de vice Joachim noīe matathias:q̄ habebat quinq; filios in armis strennuos.s.iohannē. symonē.iudaz machabeū.eleazarū.et ionatham dolens iste vehemēter ex zelo legis de himōi mādato regis.recessit cum filijs de hierosolymis et cum oībus qui habebāt zelum legis.⁊ cōsedit in monte modin. Nuncij ergo regis venientes in ciuitatē modin ad inducenduz hoīes ad obediendum regi in obseruatōe ritus gentiliū ⁊ idolatria persuadebant matathie vt dignioꝝ:vt primus hoc ageret ad ꝓsequendā amiciciā regis ⁊ munera et honoꝝ ab eo obtinendū. Qui expresse cōtradixit:sed et quendā iudeū qui in cōspectu eius idolatrabat occidit zelo dei.et nunciū regis qui hoc iubebat. Et dimittēs ciuitatē et oīa bona eorum.cū filijs ⁊ plurimis alijs zelantib⁹ ꝓ obseruatione legis:fugit in deserta loca.multiq; additi sunt eis.q̄bus auditis qui erant ꝓ rege in hierusalem.accedētes ad eos mouerūt belluz in die sabbati.quox multi ob reuerentiā sabbati nolentes resistere trucidati sunt circa mille:in simplici-

tate sua morientes. Matathias autem cum socijs meliori et prudentiori cōsilio ducti decreuerūt si in sabbatis inimici eoꝝ bellarent:cōtra eos resistere et viriliter dimicare.quod et fecerūt.et cōgregata est ad eos synagoga fortes viribus omnis voluntarius in lege et facti sunt eis ad firmamentum.et discurrebāt matathias cum suis per ciuitates iudee.destruens aras ⁊ circumcidens. et ipe erat dux eoꝝ et prosperatuz est opus in manibus eoꝝ. Deniq; ad extrema deduct⁹ matathias cōfortauit filios ad zelum et obseruantiā legis.instruens eos multis exemplis abrahe.ioseph.helie.et aliorum.qui multa sustinuerūt aduersa ꝓ permanētia in virtute.et mortuus et lamentatus est ab omnibus. Surrexit autez iudas machabeus filius eius ꝓ ipo dux exercitus ꝓ out ipe matathias designauerat.et adiuuabāt cum fratres sui.qui similis fact⁹ est leoni in operibus suis et perambulabat ciuitates iuda. et p/didit impios ex eis.⁊ noiatus est vsq; ad vltimū terre. Surrexit autē quidem princeps appolloni us nomine cum multis cōtra eum. et debellatus et occisus est a iuda. Qui et gladium appollonij abstulit et erat semper in eo pugnans. Exinde alius dictus seron dux exercitus syrie cōgregata maxima multitudine.cum se preparasset in prelium cōtra eum:iudas cōfortatis et animatis suis qui pauci erant respectiue et fatigati ieiunio.vi et timebant pergens cōtra eum debellatus occisis.dccc.de exercitu eius et fugatus est. Antiochus autē istis auditis iratus est valde.et disponens exterminare iudeam et habitatoꝝ eiꝰ.dedit stipendia suis militibus per annum. Sed cū timeret sibi sumptus deficere imposterū: accessit ipe in persidam et ptolomaidā ꝓ pecunijs habendis.et mediam partem exercitus sui dedit lisie de genere regio.apud quem et filiuz antiochū nomine dereliquit. Lisias autē elegit duces exercitus tholomeum michanoꝝ et gorgiam amicos regis et potentes.et misit eos cum.xl.milibus viroꝝ et septem milibus equitū vt disperderent iudeam. Et cōgregati sunt mercatoꝝ multi ad emendum iudeos quos existimabant omnes superari in seruos. Que cum psensisset Judas machabeus cum suis humiliante se ieiunio et oratione in cinere et cilicio postulantes a deo adiutoꝝium. Unus ergo ex capitaneis lisie scz Gorgias.mouens bellum quinq; milia habens secum. et equites mille cōtra iudam ⁊ suos.qui erāt tria milia et inermes:cōgressis in plio. Juda exortante suos ad deum exorandū:fugauit iudas gorgiam et occidit de exercitu eius tria milia acceptis spolijs eoꝝ multis deo gratias referentes. Sequenti vero anno:lisias cōgregato iterū exercitu.lx.milium virorum electox et quinq; milium equitum venit in prelium cōtra iudam.qui p̄missa oratione ad deum solum cum.x.milib⁹ existēs victoriam obtinuit cesis de exercitu lisie.v. milibus. Quibus peractis lisias visa audacia iudeorum reuersus est antiochiam ad exercitum reparandum suum. Insup michanor cum bathide

et thimotheo principe exercitus venerunt cōtra iudam habentē in comitatu suo septē milia tñ. ⁊ inimici erāt in triplo plures. Judas aūt suos exortatus ad cōfidentiā diuini auxilij facta oratione pugnantes Judas cum suis deuicit eos occisis xx. milibus de hostib⁹ euadente nichanore ex fuga sua vt habet. ij. machab. viij. Interea Joppite quia vt amicos suscipiētes iudeos secum habitantes in schaphis submerserunt. cc. ex eis dolose. Judas in vltionē huius noctu veniens succēdit portuz ioppen: et schaphas et viros occidit. Jamnitis etiā qui talia moliebant cōtra iudeos similiter fecit. Cum aūt iudas bellaret cum gorgia ⁊ suis: occisi sunt aliq ex iudeis. Et cū post victoriā prelij iudas ꝓcuraret corpora occisoꝝ vt sepelirent. inuēta sunt sub tunicis eorum donaria idoloꝝ que acceperāt in prelio cōtra Jamnitas eis ꝓhibita. ꝓpter qō iudas collatōe facta misit hierosolymā decē milia dragmas argenti offerre ibi ꝓ peccatis mortuoꝝ illoꝝ. post que iudas machabeus cū suis euntes hierosolymā templū ꝓphanatū ab antiocho purificauerūt ab immūdicijs. reducētes i statū pristinū ꝫm legē. et solenne festū dedicatōis celebrarūt statuētes ⁊ in futurū anniuersarie obseruari. Factū est aūtcū gētes q̄ erāt in circuitu iudee scirent q̄ sanctuariū esset reformatū vt prius. cōgregate sunt ⁊tra iudeos ad delendū eos. Quibus occurrēs iudas in plū idumeos ꝓcussit plaga magna. deinde ammonitas cōtriuit cū duce suo thimotheo. Et cū plurime gentes preliū mouissent galaaditis: alie gentes cōtra galileā habitantes petentib⁹ illis auxilium ꝓ epistolas a iuda: misit iudas symonē fratrem suū cum trib⁹ milibus ad liberandū fratres suos qui scz erant in galilea vexati ab inimicis: et ipe iudas cum ionatha fratre suo cum octo milibus accessit in galaaditim ad adiuuandū eos. Et symon quidē liberauit galileam occisis trib⁹ milibus hostiū. Judas similiter cum ionatha victoriam obtinuit cesis octo milibus de inimicis. ciuitates rebelles gladio exponēs omnes viros et mulieres. Post que thimotheū cum multitudine gentiū adiūctis sibi arabis in auxiliū. Judas cum suis ⁊triuit ex eis fugiētes ad phanū. ⁊ ipm cum eis succendit. ⁊ ciuitatē effron que erat i via q̄ noluerūt ei dare transitū innocuū. capiēs eradicauit oēs eius hoīes occidens. Et reuersi sunt in hierusalē benedicentes deū. Josephus autē et azarias qui fuerāt relicti duces populi qui remānserat in hierusalē et ammoniti ne mouerēt prelium cōtra aliquē. q̄ nō obedierunt sed audientes victorias iude et symonis. ante reuersionē eoꝝ vt etiam ipi sibi facerent nomen mouerunt ꝑliuz cōtra gentes finitimas. Sed fugati sunt et debellati a gorgia: occisis duob⁹ milibus ex eis.

Interea rex an §.xv.

tiochus perambulans superiores regiones. audito q̄ in pside ciuitas elimaydes esset opulentissima. q̄ siuit eam capere ⁊ captā prede exponere: sed fugatus est et cōtristatus valde reuersus est babiloniā. et cum ibi audisset de victorijs iude cōtra lisiam et suos: iratus est valde vt habetur. ij. machab. ix. vbi plenius de morte antiochi misera enarrat. Et ꝓstitutus in itinere iussit antioch⁹ agitari currū vt citi⁹ applicaret hierosolymā. ꝓmittens se eam cōgeriem sepulchri iudeoꝝ facturum. Sed subito ꝓcussus est a deo inuisibili plaga doloris viscerū. Cunq̄ superbia elatus ignem spirans animo in iudeos p̄cepisset accelerari negocium: cōtigit illū de curru cadere et graui corporis collisione vexari et ita infirmari: vt de corpore eius vermes scaturirēt ac tanto fetore illius exercitus grauaret: vt nemo posset fetorē illū sufferre. Et cum doloꝝ⁹ eius augmentari capientibus suuz fetorē ipe ferre nō posset: ait. Justū est subditū esse deo: et mortalē nō paria sentire deo. Orabat aūt sceleſtus deū a quo nō est misericordiam cōsecutus. q̄ scz non vere penitebat ꝓmittens se hierosolymā liberā facturū ⁊ iudeos athenienſibus equales cōstituturū. ⁊ templo dei multa donaturꝝ. Scripsit insup ⁊ iudeis epistolā magnam benignitatē ad eos pretendentē. ⁊ cū esset infirmatus: speraret tñ sanitatē. exhortabat eos interim ad fidelitatē seruandā erga se et filiū suum antiochū. Sicq̄ miserabiliter vitam finiuit. Thimotheus qui alia vice superat⁹ fuerat iterum cōgregato maximo exercitu venit cōtra iudam paucos secū habentē. Sed oratōe ⁊ humiliatione p̄missa a iudeis. in ipa pugna ad inuicē apparuerūt aduersarijs de celo viri quinq̄ in eqs frenis aureis decori: ducatū iudeis p̄stantes. e quib⁹ duo habebāt machabeum armis suis circumseptū incolumē cōseruantes. in aduersarios autē tela ⁊ fulmina iacebāt. ex quo cecitate cōfusi: cadebant interfectis. xx. milib⁹ ex eis. et cū thimotheus fugisset in gazarim: machabeus insecutus cepit ciuitatē et occidit thimotheū ⁊ fratrem eius. Cōmiserat autē antioch⁹ moriens curaz regni cuidā suo intimo qui secum erat philippo. cōstituens eum sup exercitū vt nutriret filiū suū antiochum. dans ei anulū suum dyadema et stolam: que filio assignaret. Sed lisias qui tūc secū habebat antiochum filiū antiochi. audita morte patris ipe cōstituit antiochū regem syrie ꝓ patre vocans eum eupatorē. dux autē exercitus eius erat ipse lisias. Interea cū iudas quereret obtinere arcem syon in qua erāt inimici eoꝝ. accesserūt ad antiochum eupatorē et lisiā multi ex iudeis ⁊ gentilibus. postulātes auxiliū cōtra iudā. Quibus auditis iratus rex cōgregauit maximū exercitum. scz centum milia peditū. et. xx. milia equitum. et. xxxij. elephantes doctos ad ꝑlium q̄ habebant super se turres ligneas. in quibus erāt super quemlibet viri. xxxij. fortes ad pugnandū. ⁊ mille pedites armati ⁊ quingēti milites circa quālibet bestiam ad ꝑlianduz. ostendebātq̄ talibus animalibus sanguinē vue et more ad acuendum animū ad prelium. Et vt refulsit sol in clipeos aureos resplenduerunt montes ab eis sicut lampades ignis. Et apropriauit iudas et exercitus ei⁹ in prelium occiditq̄ de exercitu regis. vc. viros.

Quidam autē dictus eleazarus quē cōmestor dicit fratrē iude videns vnā ex bestijs ornatā cultu regio et ceteris eminentiorē. arbitratus ibi regē residere: transiens p medios hostes accessit et ponens se sub corpore eius gladio vulnerauit q̄ cadens mortua oppressit eum. Videntes aūt iudas cum suis virtutē regis ꝛ impetū exercitus: diuerterunt se ab eis. castraq̄ regis ascenderuut ꝓtra eos in hierusalē. Cūq̄ manerēt in obsidione: audiens lisias q̄ philippus quē antiochus moriēs cōstituerat super negocia regni veniſſet ꝛ antiochie dominiū sumpſiſſet: suasit regi vt pacē faceret cum iuda ꝛ socijs. et vt dimitterēt eos seruare legitima sua. quia ꝑpter hoc se rebellauerāt a patre suo. et p̄cipue q̄ incumbebat eis ꝓuidere de regno. Quod secutū est. Cumq̄ menelaus (de q̄ supra) sollicitaret regem antiochū ad bellū cōtra iudam sub specie pietatis. vt sperans se inde cōstitui in principatu. Lisias dixit regi hūc esse causam omniū malorū. ꝑpter quod rex iratus iussit eum occidi et de alta turri in cineres p̄cipitari. vt habet̄. ij. machab. xj. ca. Sed facta pace rex ipse subito cōtra iuramentū sup̄ hoc factuz egit. mandans destrui murū per gyrum arcis syon. Et festinus reuertens antiochiā inuenit philippū ciuitati dominantē. Sed pugnās cōtra eum vi obtinuit ciuitatem.

Anno autē. cli. §. XVI.

exijt demetrius seleuci filiꝰ ab vrbe roma. et ascēdit cum paucis viris in ciuitatē maritimā. iste demetrius erat frater consobrinus antiochi vltimi. Nam seleucus pater istius demetrij ꝛ antiochus epiphanes pater huiꝰ antiochi eupatoris erant germani. Sed mortuo seleuco nō demetrius filius eius sed antiochus frater seleuci vsurpauit sibi regnū syrie: ꝛ demetrius romā accessit. Reuersus ergo demetrius ad regnū patris. exercitus q̄ erāt cum lisia et antiocho filio antiochi ꝓprehenderunt ipm lisiam et antiochū. et ad petitionē demetrij occisi sunt ipe lisias et antiochus ab exercitu. Postq̄ autē demetrius regnū syrie accepit. accessit ad eum quidā de genere sacerdotali pessimus noīe alchimus. qui vt dicit̄. ij. macha. xiiij fuerat summus sacerdos ꝛ obtulit regi coronam auream et quedā alia. ostendens se intendere vtilitatibus regis ꝛ populi iudeoꝝ. ꝙquerens sibi iniuste sacerdotiū sublatū. et accusauit iudā machabeum in multis. Tūc misit rex bachidē cum exercitu ꝛ alchimū cōstitutum ab eo sacerdotem summū. et simulauit alchimus se velle facere pacem cum iuda et suis et decepit eos: multos occidens ipe cum bachide de populo. satisq̄ agebat alchimus ꝑ principatu sacerdotij sui. et cum nō posset p̄ualere cōtra iudam: reuersus ad regē accusauit eum in multis. Et misit demetrius nichanorem cuz copijs q̄ erat p̄cipalior ex ducibus regis vt caperet iudam et dispergeret suos et alchimū cōstitueret summū sacerdotē. Qui nichanor veniens audita virtute iudeꝛ socioꝝ. fecit pacem cū eo: et habitabāt simul hierosolymā. Qđ perpendens alchimus charitatēq̄ eoꝝ adinuicē venit ad demetriū regem hoc referens. Qui iratus scripsit se grauiter ferre illā amiciciā. et q̄ mitteret sibi iudam ad eum vinctū. Qui cum q̄reret eum insidiose capere: iudas aduertēs cauit sibi. procedēs ergo aperte cōtra eum. et cum sacerdotes ostenderēt hostias quas ꝑ rege offerebāt: irrisit et extendens manū ꝓtra templū dixit seipm incensurū: misi traderēt ei iudam in manus suas. Audiēs aūt nichanor in hierosolymis esse quendam venerabilē virū qui ꝑ affectu pater iudeorum dicebatur raziam dictū. misit ad domū eius plures vt cōprehenderēt eum. et cum in ꝓpinctu esset vt caperetur gladio se razias p̄cussit. et cum ex vulnere mortuus nō esset: e muro seipm proiecit in turbas. Sed adhuc spirans erexit se supra petram stans. et intestina que egrediebāt̄ de corpore manibꝰ suis apprehendēs ꝓiecit in turbas inuocans dominatorē vite ꝛ spiritus: vt hmōi illi iterū redderet et sic vita functus est. Preparantibus demū se ad bellū: nichanor superbia elatus cogitabat Judam cōterere: cōfisus sua virtute et multitudine. Judas aūt in dñi auxilio cōfidens socios hortatur ad idem. armans eoꝝ nō clipei hastēq̄ munitione: sed sermonibꝰ optimis. narrans in somnis se vidisse oniam orantē p̄ populo: et hieremiā cum eo dantem sibi gladium aureū et dicentē. accipe sanctū gladiū munus a deo: in quo deijcies aduersarios. Animati ergo pugnantes iudas cum suis sed cordibꝰ deum exorantes: pstrauerunt. xxxv. milia de exercitu nichanoris ipo etiā interfecto. Ec abscondentes caput nichanoris ꝛ manū extensam ꝓtra templum suspenderūt. linguā autē eius minutatim incisam auibus ꝓiecerunt. Sicq̄ reuersi cū maxima victoria in hierusalē gratias deo egerunt. et statuerūt annuatim festum agi de tanta victoria. Et hic est finis secundi libri machabeorum.

Audiens aūt iudas nomen romanoꝝ q̄ sunt potentes viribꝰ et acquiescūt ad oīa que postulantur ab eis. Et quicūq̄ accesserint ad eos statuerunt cum eis amicicias ꝛ p̄lia intelligētes eorum etiā virtutes bonas q̄ ibi narrant̄ in ipo caviij. Elegerūt ipe iudas cōmuni cōsilio suoꝝ eupolemum filiū Johannis et Jasonē filiū eleazari in oratores suos: et miserūt romā vt statuerent cum eis amiciciā ꝛ societatē. Et applicantes ad vrbem intrarūt curiam exponētes in cōsilio causam sue legatōis. et placuit romanis cum eis pacem ꝛ societatē inire. vnde et in tabulis ereis rescripserunt romani iudeis et ecōuerso auxiliū ferre bellatoꝝ cui p̄ius ingruerit bellū contra eos.

Interea demetrius audita morte nichanoris remisit iterū in iudeā bachidem ducē exercitus ꝛ alchimū: qui venientes mouerunt castra cōtra iudam. plurib⁹ aūt de exercitu iude ex timore multitudinis inimicoꝝ recedentibus ab eo: remansit cum octingentis solū. Qui suasus a socijs declinare certamen et se subtrahere noluit: sed procedens ad pugnam superatus est exercitus eius et ipe occisus. Ubi notandum. q̄ post pacē factam

et cōfederationē cum romanis in primo prelio victus et occisus est. Et idē accidit fratribus eiº ionathe et postea symoni. ex eo forte q̄ dimissa cōfidentia diuini auxilij: nimis cōfisi sunt in fortitudine hominū. Mortuo itaq̄ iuda lamentato7 sepulto. elegerūt omnes Jonatham fratrē eius in ducem et principē. Filij aūt Jambri cōprehendētes Johannē fratrē ionathe occiderūt. Et cuz dicti filij iambri facerēt solennes nuptias plurimis ad eas ex magnis cōcurrentibº Jonathas et symon insidias ponentes. ꝓcedentibus sponso et sponsa cum plurima comitiua7 cū musicis: surrexerunt in eos ionathas 7 symon magnā stragem agentes in vltionē sanguinis fratris sui iohānis Exinde veniens bachides cōtra ionatham circa iordanē: deuictus est ab eo occisis plurimis. Alchimus aūt pessimus qui q̄sierat restitui in summo sacerdotio. cum p̄cepisset destrui muros templi ꝓcussus ē paralisi: nec vltra potuit loqui. moriens cum magno tormento. Bachides aūt cum fuisset reuersus ad regez demetriū post duos annos. ad instigationē quoꝝdā ex iudeis reuocauerunt bachidez. querētes ionatham in pace tūc manentē. vnde et securius se habentē dolose capere. Sed detectis ꝑditionibus ionathas occisis proditoribº sibi ꝓuidit. Et procedens bachides ꝓtra ionatham in bellū superatus est. ꝓpter quod indignatus ꝓtra eos qui eum reuocauerāt in iudeā multos occidit. et facta pace cum ionatha 7 captiuis redditis. reuersus est bachides in regionem suam nō amplius molestaturus.

Anno aūt cen .§.XVII.

tesimo sexagesimo. alexander filius antiochi qui fuit occisus cum lisia ab exercitu suo ad instantiam demetrij. venit ptolomaidā et cepit eam 7 regnare incepit ibi. Quod audiēs demetrius congregauit exercitū cōtra eum et q̄sinit se cōfederare cum Jonatha duce iudeoꝝz. Unde 7 direxit sibi epistolas ad querendā amiciciā eiº: mandās sibi reddi obsides artis et plura alia. Alexander aūt hoc audito: et ipe quesiuit amiciciā eius mittens ad hoc epistolas. cōstituens eum summū sacerdotē et coꝛonā aureā et purpurā et plura alia Quod sentiēs demetrius 7 cōtristatus: iterū scripsit ionathe. multo plura offerens ionathe q̄z feceraꝛ alexander: vt esset sibi in auxiliū. Sed his nō acquiescēs cōfederatº est alexandro. Alexander autē cōgressus in prelū cum demetrio regez exercitu suo eum deuicit et occidit fugato exercitu eius. post que alexander petijt a ptolomeo rege egypti. vt traderet sibi filiam suā cleopatrā in vxoꝛē. quod et fecit. Et celebratis nuptijs in ptolomaida vocatus fuit ionathas ad eas. Qui veniens valde honoꝛatus est ab alexandro et ptolomeo: Cunq̄ aliqui pestilentes querularenť cōtra ionatham. alexander nō audiuit eos. quinimmo ionatham indui fecit purpura et duci a principibus suis p ciuitatē. pꝛecone mandāte: vt nullus interpollaret cōtra ionathā de aliq̄ negocio. In anno aūt. clxv. Demetrius filius demetrij occisi ab alexandro. venit a creta in terrā patrū suoꝝum. Qui cōstituit ducem exercitus sui apollonium p̄sidentez celesyrie. Qui scripsit ionathe pꝛouocans eum ad certamen. Simul aūt p̄lianꝫtibus pꝛeualuit ionathas cōtra eum. interfectis octo milibus aduersarioꝝ: pluribusq̄ ciuitatibº eoꝝ igni succensis. Rex vero egipti ptolomeꝫus cōgregato exercitu maxiꝫo q̄rebat obtinere dolo regnū alexandri generi sui. Cunq̄ pꝛocederet ptolomeº p multas ciuitates alexandri devoluntate eius nescientis maliciā suameas sibi abstulit. post que detecta inimicicia eius: abstulit filiam suam cleopatrā ab alexandro: et dedit eam demetrio filio demetrij. fingēs se hoc agere. quia quesierat occidere eum. Initoq̄ piculo inter ptolomeū et alexandrū. victº alexander fugit in arabiam vt ibi se ꝓtegeret: sed pꝛinceps arabie abscisso capite alexādri misit ptolomeo. 7 ptolomeo eo recepto tercia die mortuº est. Regnauit ergo in syria demetrius filiº demetrij anno. clxvij. Jonathas aūt vocatus ab eo vt occurreret ei: ptolomaidam veniēs honoꝛifice susceptus est. statuēs ei pꝛincipatū sacerdotij et multa alia et cōferens postulata. Triphon aūt quidā qui fuerat partiū alexandri pꝛimus videns q̄ñ omnis exercitus murmurabat cōtra demetriū. accessit ad hemalcuel arabem qui nutriebat antiochū filiū alexandri. vt sibi traderet eum ad regnandū pꝛo patre suo. Demetrius aūt videns exercitū suum a se recessisse vt esset cum triphone: misit ad ionatham vt ei auxilia bellatoꝝum destinaret. Qui ei misit tria milia virorū antiochiā. Cunq̄ ibi centum viginti milia virorū essent cōgregati cōtra regē demetrium vt occideret eū. missi a ionatha discurrentes per ciuitatē in defensionē regis occiderūt centū milia ex eis et succenderūt ciuitatē in pte. et sic liberauerūt regem reliquis ꝓficientibus arma et pacē postulantibº a rege. Glorificati ergo iudei et noīati in regno. reuersi sunt in hierosolymam cum spolijs multis. Sed cū demetriº sederet in pace in regno suo. mentitus est ionathe in his q̄ ꝓmiserat: et alienauit se ab eo vt ingratissimus et vexabat eū valde. Antiochus aūt cuz triphone cōgregatis gentibº multis venit antiochiam. 7 capta ea imposuit sibi dyadema. scripsitq̄ ionathe ꝓ amicicia cōtrahenda simul cōstituens ei sacerdotiū. et vt esset amicº regis: muuera mittens vasa aurea et argētea dans potestatē bibendi in auro: et induendi purpura 7 fibulā auream poꝛtandi. symonēq̄ fratrē suū ducē faciēs in quibusdam locis. Cum aūt ionathas bellū iniret cōtra alienigenas. exercitº eius fugit ab eo. sed oratione reuocās eum ad se. ꝑualuit cōtra eos occisis tribus milibº. Post hec misit ionathas oratoꝛes ad renouandā amiciciā cū sparciatis et romanis. vbi inter cetera dicit. habētes solatio sanctos libꝛos q̄ sunt i manibus nr̄is: maluimº mittere ad vos reuocare fraternitatē et amiciciā. narrantes tribulatōnes ab eis ꝓpessas 7 dei auxilio liberationē. et q̄ in sacrificijs 7 oꝛōnibus sunt memoꝛes eoꝝ. Demetriº aūt cū magnis copijs sur-

rexit cõtra ionatham ad debellandũ eum sed nõ potuit ꝑualere. Triphon vero cogitãs accipere sibi regnũ asie intendebat interficere antiochũ regem. Sed timens ne ionathas impediret que/rebat apprehendere eũ. Et cum obuiam ei venisset ionathas cum .xl. milibus electoꝝ virorũ. dixit ei triphon q̃ nõ oportebat tantã multitudinẽ vexare: sed paucis cum eo retentis secũ iret ptolomaidam vt sibi eam traderet. Qui hoc credẽs remissis alijs cum mille tñ intrauit ptolomaidã. in quã ingressus captus est interfectis oĩbus socijs suis. Quesiuit triphon et alios q̃s ionathas miserat in galileam misso exercitu suo delere: sed cautifacti de captione ionathe resistebant eis viriliter.

Symon aũt .§.XVIII.

frater Jonathe audiẽs q̃ triphon disponebat in iudeam ꝓficisci ad exterminandũ eam quia principem suũ amiserant. ascendit hierosolymã ⁊ coram omni populo obtulit ad exponendũ se mortẽ sicut egerant fratres sui ꝓ defensione populi. Quod vt gratissimũ acceperũt cõstituentes eũ ducem suũ. Cum ergo triphon venisset in iudeaz secum ducẽs ionatham captũ. ꝓpiens q̃ symõ factus esset dux: misit ad eum legatos fingens se retinuisse ionatham ꝓ summa pecuniarũ regi debita. Vnde si pecuniã mitteret et duos filios ionathe obsides: remitteret eum. Symon aũt aduertens q̃ in dolo loquereꝰ nihilominꝰ misit pecuniam postulatã ⁊ filios ianathe: ne populũ sibi odiosum redderet dicentẽ. qz nõ misit filios et pecuniã ideo occisus est ionathas. et mentitꝰ est triphon. Cũq̃ cerneret nõ posse ꝓualere cõtra eos symone viriliter repugnante: occidit Jonatham ⁊ filios reuertens in terrã suam. Tulitq̃ symon corpora ionathe et filioꝝ ⁊ sepeliuit in ciuitate modin cum parentibus. facto luctu magno super eum. Et edificauit symon sup̃ sepultura eorum septẽ piramidas altas. patri et matri ⁊ quatuor fratribus. Prefatus aũt triphon cum iter faceret cum antiocho rege adolescẽte. dolo occidit eum et regnauit ꝓ eo. Et misit symon ad regẽ demetrium vt faceret remissionẽ regioni. Quod et fecit. rescribens ei vt summo sacerdoti: dicẽs inter cetera. Coronã quã misistis recepimus parati vobiscũ facere pacem magnã. Remittimus q̃s vobis peccata et ignorãtias vsq̃ in hodiernũ diem et coronã auream. Et siquid aliud erat tributarium in hierusalẽ iam nõ sit tributariũ. Anno igitur. clxx. ablatũ est iugum gentium ab israhel anno primo sub symone sacerdote magno ducez principe iudeorũ. Et applicans ad ciuitatẽ gaze obsedit illam. postulantibus aũt illis pacem nõ debellauit: sed capiens ciuitatẽ eiecit inde hoies eius et mundauit simulacris. Exinde obsidẽs arcem hierusalẽ. fame deficientes q̃ erant in ea petierunt pacem et acceperũt tradentes arcẽ. Et videns symon q̃ filiꝰ eius iohannes vir bellicosus esset et fortis: posuit eum ducẽ exercituũ. Anno aũt. clxxij. Demetrius rex abijt mediã ꝓ auxilio vt expugnaret triphonẽ. Quod audiẽs arsaces rex persie et medie: misit vnum ex principibꝰ suis qui contriuit exercitũ demetrij et captũ ipm adduxit ad arsacem. et siluit terra iuda omnibꝰ diebus Symonis. et renouata est pax ⁊ amicicia inter iudeos ⁊ romanos et sparciatas. vnde ⁊ symon misit numeniũ oratorẽ romam habentẽ clipeum aureum ponderis mnarũ mille ad statuendum cum eis societatẽ. Et acceperũt scribentes romani epistolas ad iudeos amicabiles in ꝓmen dationẽ symonis. Sed et rex demetrius audito q̃ iudei appellati sunt a romanis amici et socij et fratres: et quia receperũt legatos symonis gloriose. et qz iudei cõsenserũt ⁊ sacerdotes eoꝝ ipm symonẽ esse summũ sacerdotẽ ⁊ ducem ineternũ donec exurgat ꝓpheta fidelis: fecit etiã eum amicum suũ. et vt hoc videreꝰ: purpura ⁊ fibula aurea glorificauit eum. Post hec antiochus filiꝰ demetrij scripsit symoni vt sũmo sacerdoti ⁊ duci iudeoꝝ ad acquirendã amiciciã suam q̃ faciebat sibi omnes remissiones quas reges ante ipm fecerãt. et ꝓmittebat ei facere percussurã ꝓpij nummismatis in terra sua ⁊ hierusalẽ sanctã esse liberam. ⁊ ꝑsidia extructa tenebat. omne debitũ regi remittens. et maiora adhuc in futurũ ꝓmittens. Anno igitur. clxxiij. Exijt antiochus filiꝰ demetrij in terrã patrũ suoꝝ et cõgregatus est oĩs exercitus ad eum vt pauci remanerẽt cum triphone qui sibi vsurpauerat regnũ syrie. et insecutus est triphonẽ. habens secum antiochus ipe. cxx. milia belligeratoꝝ ⁊ octo milia equitũ. et obsedit doram ciuitatẽ nauibꝰ etiã ꝓ mare adductis. Jn illam enĩ ciuitatẽ ꝓfugerat triphon. Sed ⁊ symõ misit antiocho duo milia electoꝝ in auxiliũ ⁊ munera magna. Que tñ antiochꝰ noluit recipe sed rupit oĩa q̃ pactus erat ⁊ alienauit se ab eo. Misitq̃ antiochꝰ anthenobiũ vnũ ex amicis suis ad symonẽ. vt restitueret sibi ioppen ⁊ gazarã ⁊ arcẽ hierusalẽ q̃ sibi abstulerat ⁊ tributa vel loco eoꝝ oĩm mille talẽta: alioquin ꝓtra eũ veniret in ꝑliũ Cũq̃ veniẽs in hierlin vidisset gloriã symonis extupuit. et exponẽti petitionẽ regis antiochi. respondit symõ nil ad regẽ spectãs possidere sed q̃ sua erãt. Nã ⁊ ioppen et gazarã qz intulerant eis multa mala iure belli obtinuerat. Reuersusq̃ anthenobiꝰ ad regẽ. hec referẽs regẽ ꝓmouit in irã. Misitq̃ cendebeũ cũ copijs contra iudeã expugnandã. Jpe vo' antiochus triphonẽ naui ꝓ mare fugientẽ in ortosaida insecutꝰ est. Johãnes aũt filiꝰ symonis ñciauit ꝑ patri: q̃ cũ iam senex esset aĩauit filios vt pugnarẽt ꝓtra aduersarios ꝑliũ vt ipez frẽs sui fecerãt: a deo expectãtes auxilium. Exijt ꝙ iohãnes cũ fratre suo Juda in ꝑliũ cõtra cendebeũ. et cũ medius esset inter vtrunq̃ exercitũ fluuius: timerẽtq̃ q̃ erant cum iohanne transire: primus ipse iohannes transiuit: ceteriq̃ cum secuti sunt. et congressi cum hostibus fugauerunt Cendebeum cum suis. Cesis duobus milibus eorum. et reuersus in iudeam in pace. Quidam autẽ Ptolomeus nomine filius Abobi q̃ erat constitutus dux in cãpo hiericho gener

Symonis summi sacerdotis diues valde. vt faceret se dominū regionis illius cogitauit occidere simonē z filios eius. Cum ergo simon discurreret per ciuitates iudee cum duobus filijs.s. iuda z mathathia.sollicitudinem gerens gētis sue descendit in hiericho.z ptolome⁹ recepit eos in quā dā munitiūculā dolose. Nā facto eis magno cōuiuio.in ipō fecit simonem occidi cum filijs suis. subitoq; misit ad regem vt destinaret sibi copias z ei traderet regionē z ciuitates eius. Adisit quoq; in gazara qui occiderent etiam Johannem filium simonis. Sed cum p̄nūciatum sibi fuisset qō gestum erat.occidit eos qui venerant ad eum interficiendū. z remansit Johannes ipse princeps iudeorum z summus sacerdos simul āno. clxxvj. regni grecorū. Hic ergo finis libri machabeorum.ex quorū gestis scientiā haurias quanta aduersa ferenda sint p defensione z obseruatione legis euangelice.quādo tot z tanta perpessi sunt p obseruantia legis mosaice q̄ huius figura erat ac etiā exfreq̄nti mutatioue regū z principū z earuz nece aduertendū. quia ois potentatus vita breuis z ideo cōtemnēdus.

Mortuo igitur .§.xix.

Symone vltimo ex machabeis. de his q̄ sequūt nil amplius habet in sacris scripturis vsq; ad xp̄m de quo euangelia narrant. Sed q̄ sequūtur ex historijs scolasticis excerpta sunt: quarū auctor dicitur. Petrus cōmestor. Successit ergo in iudea in ducatu z pontificio iohannes dictus hircanus ab hircanis deuictis. Hūc cōmendat iosephus in tribus. quia.s.in religione sacerdotij diligens. in ducatu strennuus: z prophetia dotatus. Hic igit sumpto principatu insecut⁹ ē ptolomeū qui dolo occiderat patrem. z matrē cū duobus puulis tenebat in vinculis. z cū confugisset ptolomeus ad oppidū quod est vltra hiericho qō agon vocabatur. Johannes obsidens castruz. acrius instabat ad ip̄m capienduz. Sed ptolomeus vt desisteret ab oppugnatione.faciebat sup muros cedere matrem z paruulos vsq; ad sanguinem. Fractusq; pietate Johannes se tēperabat.clamante tamen matre e muro ad Johannez. ne propter se scelus ptolomei dimitteret inultuz.mortē enim suam sic iudicaret immortalitate meliorem. Ob hoc diutius tracta obsidione septimus aduenit annus iudeis feriatus recessitq; ab obsidiōe ptolomei.qui occisa matre z fratribus iohannis confugit ad zenomen tyrannum philadelphie. Post hec antiochus rex sirie obsedit hierosolimam. q̄obrem aperuit iohannes hircanus duos de loculis octo circūstantibus sepulcrum dauid.z plusq; tria milia talentorū sustulit ex eis deditq; trecenta talenta antiochovt ab obsidione recederet. Vt āt placaret murmur populi de apertione sepulcri.de reliqua pecunia instituit xenodochiā in hierusalem p̄o pauperibus. Samariam autem cepit z solo coequauit:quā postea Herodes instaurans sebastem vocauit. Mortuus est autem iohannes. xxxiij.annis rebus optime administratis. Reliqt autem post se quinq; filios. Aristobolum primogenitum. z antigonum: cum tribus alijs minoribus. Cunq; nullus eorum ad regendum populū sufficeret. vxorem suam dissertissimam iohannes ipe iudee perfecit z filijs. Aristobolus autē impatiens dominij materni. matrem cuz tribus fratribus minoribus vinculauit in carcerem. Antigonum autem post se natuz quem diligebat secū dū constituit. Imposuitq; sibi dyadema z restituit ē regnū iudee. Fluxerant em̄ a sedechia rege iuda sub quo regnum fuerat interruptum anni. cccclxxv. z menses tres vel a reditu captiuitatis babilonice. Vnde sepe legitur intermissum fuisse regnū vsq; ad aristobolum z hircanuz. id est vsq; ad aristobolum filiū hircani. Non tū regnauit aristobolus nisi per annū. eo q̄ fame matrem peremerat in vinculis. Cūq; egrotaret aristobolus in turri que postea dicta ē antonia.redijt antigonus de galilea vbi multa p̄clara fecerat: indutus nouis armis z decentibus. Cūq; ingrederet hierusalem in festo scenophegie ad honorem fratris z vt ostentaret armoz decorē populo armat⁹ intrauit. Qō videntes emuli eius. z maxime vxor fratris q̄ in eū oculos inecerat:sed ip̄e assensuz ei non prebebat accusabāt eum dicentes aristobolo frater tuus audiēs te egrotantem in manu forti z armata intrauit. vt perimat te z regnet. Qō ita probare potes. Jube eū venire ad te. Si venerit armat⁹ sup his q̄ dicimus certus esto. Posuit ergo aristobolus ad suggestionē vxoris armatos i subterraneo qō dicit pirgho stratonis.p quē antigonus transitū facturus erat. qui si veniret armatus eum interficerēt. Aduocās igit fratrem suum aristobolus. p̄cepit nūcio vt diceret ei ne veniret armatus ad eum. Sed regina corrupit nunciū muneribus vt diceret ei vt veniret armat⁹.qz affectabat rex eū videre in decore armoz. Cū ergo hircanus trāsiret armatus p pirghū stratonis interfectus est ab armatis. Audiens aūt rex mortem fratris adeo moribus īualuit vt sanguinē laceratis visceribus euomeret: Quē vnus de puulis hoc officio deputatus.foras efferens vbi antigonus fuerat occisus: casu effudit sup adhuc stātes cruoris maculas. Qō videns populus exclamauit asserens nutu dei in vltionem occisi fratris sanguinē libatū.i.effusum occasoris. Cūq; causaz rex scisciteret rumoris. nullusq; ei auderet dicere.tandē mināti p taciturnitate suppliciū. veruz quod erat ei indicauerūt. Et ingemiscens ait.fas non erat vt dei lumen scelera mea laterent. Vsq; quo hoc corpus improbū.matri fratriq; animam damnatam detinebit. Vtinam sanguinem meuz nō paulatim eis libem.i. effundā:sed potū simul accipiāt. Et his dictis expirauit. Eo aūt mortuo q̄ eius vxor ex eo p̄gnās nō suscepat. fres viri soluit a vinculis.maiorē natu alexandrū regē cōstituens q̄ cognominabat iamneus. q̄ etiā modestia ceteros p̄stare videbat qui secūdū interfecit.qz regno aspirare videbat.z terciū secū viuere coegit p̄uatim.duxitq; vxorē salomā q̄ z alexandra vocabatur. Fuit autem iste Jamneus adeo

nequissimus. vt infra septemannos. circa. l. milia seniox interfecerit: qz facinoza eius detestabant. Cuncz offensus esset populo. muniuit sibi palatiū in turri q̄ baris dicebat. super quā postea admiratus ē Titus qz eam iudei deseruerant. cū defendi posset a duobus ab oīi viuente. Adeo aūt erat offensus iudeis. vt semel ei percūctanti quo pacto eos sedare posset: responderūt. Si moz̄ere tur. Ob hoc in plateis hierusalem suspendit viros octingentos vxoratos. vxoresqz eoz̄ z liberos necauit.

Annoigitur .§.xx.

quinte etatis. ccccxciij. Mundi vo ter millesimo octingentesimo. lxvi. Fm aliam computationem maioris numeri quinquies millesimo centesimo/ tercio āno. Ptonus in egypto regnauit ptolomeus qui z alexander dictus est. z regnauit ānis nouem. Eo aūt tpe regnabat apud iudeos alexander Jamneus qui regnauit annis. xxvij. In siria aūt regnauit antiochus citenus. qui regnauit annis. xxxviij. post quem regnauit philippus ānis duobus. Deniqz antiochus etiam parthos fugiens pompeio se tradidit. post quē philippus captus est a galneno sicqz regnū sirie finitū est āno pfati ptolomei. viij. Et deuenit siria tūc vsqz possessa per reges: in ditionem romanoz. Prefatus autem alexander iamneus. cuz quieuisset a plis z quartanis fatigaretur moxbū ex ocio natuz putans. in tempestiuis laboribus militie se dedit Et. xxxviij. regni sui moztuus est duos filios relinquens. s. hircanū z aristobolum. Sciensqz filios pro patre iudeis futuros exosos. regnū reliqt vxori que sibi sub viro beniuolentiā populi cōparauerat tyrannidi ipius sepius resistens: z simulatam religionez in alio habitu preferebat. Quedum regnaret: hircanum pontificem declarauit: eum futuz regem iudicans quia modestus erat. Minozem vo. s. aristobolum quia feruentis animi videbat. priuatum viuere coegit. Eo tempore orta est in iudea heresis phariseoz̄. per priora tempora iam surrexerat heresis esseoz̄um. hoz̄um phariseoz̄um consilio in omnibus vtebatur Alexandra. ita vt eoz̄ consilio optimates quosqz iudeoz̄um: vel exilio damnaret aut interficeret. Deniqz diogenez qui fuerat alexandro amicissimus occidit. Alienigenaz aūt duos sibi cōflauerat exercitus vt in iudeos tutius debacharet. proinde ad aristobolum multi confugerāt vt eius patricinio tuerētur. Nono aūt regni sui anno egrotauit alexandra regina. Et aristobolus collecta secum plurimoz manu se post matrem regnaturū declauit. Ob hoc miserata q̄relas hircani mater. coniugem Aristoboli cum filijs in custodia recluſit z obsides accepit ne regnū sibi aristobolus vsurparet. Moztua igit mīe aristobolus collecto exercitu contra fratrem suum hircanū mouit arma Cuncz egressi essent fratres in campis Jericontinis. victus hircanus fugit in hierusalem. Tandē ad concordiā ea lege redierūt. vt aristobolus regnaret: hircanus vo. sub eo quibuslibet fungeret honoribus. Domos etiam permutauerūt.

Erat autem .§.xxi.

cum hircano antipater ydumeus. cuius prudentiam z strennuitatem timens aristobolus calūnias ei pētēdebat. hic persuasit hircano vt se dolo circūuentum quereretur. z vt ad arethan regez arabum confugeret. cuius auxilio rediret in regnum Nocte igitur egressi venerunt ad regem arabum i oppidū qd petra dr. vbi sedes regni erat. Itaqz aretha collecto exercitu venit in iudeaz z obsedit hierusalē. Quā etiam cepisset: nisi dux romanoz scaurus dissoluisset obsidionez. Jam eīm siria defecerat a regno facta romanis tributaria. Missusqz erat pompeius a romanis contra tigranem regem armenie: z pompeius scaurum miserat presidem sirie. Qui cum audisset dissensionem fratrū in iudea. ratus tempus esse quo iudeam poneret sub tributo: in manu valida fines intrauit iudee. Ad quem scaurum legati a fratribus vndiqz missi veniūt: auxiliū eius hincinde postulātes. Coruptus autem Scaurus trecentis talentis missis ab aristobolo. quod ppaū eē romanoz Joseph' testatur ad arabas legatos mittit scaurus romanorum z pompei ei nomē intētans nisi ab obsidione recederet. Recedēs ergo inde aretha. hircanum z antipatrū philadelphie collocauit. qui frustrat i spe arabū: in aduersarios spem contulerūt Cum eīm pompeius damascū venisset. cū multis muneribus venerūt ad eū. vt violentiā aristoboli dignam odio iudicaret: z in regno hircanum restitueret. Sed nec Aristobolus sibi defuit corruptione Scauri fretus. Cum autez pompeius honorem regium ipi Aristobolo non exhibuisset. indignans insalutato pompeio recessit: z recepit se in oppidum alexandrinum propter inexpugnabilem oppidi munitionem. Quem collecto romanorum sirorumqz exercitu insecutus est magnus pompeius. iussitqz vt de oppido descenderet ad se. Aristobolus vo quia in improperiū vocabat. scilicet vt esset sub romano imperio. decreuerat potius periclitari q̄z parere. Consilio tamen suorum descendens ab oppido relictis ibi custodibus/ p̄cepit vt non nisi manu scriptis epistolis sua obtemperarent. Adijtqz in hierusalem. Quem statim insecutus est magnus pompeius alacer fact' iuxta Jericonta morte mitridatis. scilicet nūciata vbi pinguissima ydumee regio z palmarum plurimū z balsamum nutriuit. cuius inciso lapidib' acutis robore stillantem lacrimā. id ē gemmaz ex vulneribus colligunt. Cuncz pompeius hierosolimam properaret. territus Aristobolus occurrit ei: pecuniam pollicens que erat in alexandro oppido: seqz decetero romano pariturum imperio. Sed nihil horum factum est. Missum enim gabinum ad suscipiendam pecuniam: custodes nec in oppido receperunt. His cōmotus pompeius aristobolum in custodia collocauit. Cum autem obsedisset hierlim. orta ē dissensio i vrbe. nā fautores aristoboli vrbē tueri: fautores hircani eā tradere romanis ptendebāt. ꝑ victa ps aristoboli i tēplo

confugit.receptusq; est pompeius in vrbez tēplū expugnans. Cūq; septētrionalem aggerib⁹ vallem implerēt: labor eēt impfect⁹ nisi obseruantis septem diebus.i.sabbatis quib⁹ iudeis opari fas nō ē aggerem fieri p̄cepisset. Mense aūt tercio irruptū, ē phanū. Faustus autē cornelius sille fili⁹ primus ingredi ausus est.ꝛ irruentes romani pro phanauerūt templum. Et alibi legit ꝙ equos in porticibus stabulauerūt. ob quā rem tradit pompeiū decetero vnq; pugnasse quin vinceret ꝙ hactenus fuerat fortunatissimus ī bello. postera die ingressus templū pompeius. admiratus situm ꝛ ornatum ꝛ religionem templi:;nil tamen inde tulit.p̄cipiens editijs vt a sordidus emūdarent templū. Cūq; imposuisset hierosolimitis tributū hircanoq; pontifice declarato.aristobolum captiuū duxit secū:duosq; filios eius ꝛ totidem filias romam. Quo ꝑ sicilia ꝓperabat.ꝛ syrie ꝛ iudee administrationē scauro ꝓmisit.relictis secū cohortibus duabus. Alexāder ⁊o filius aristoboli ex itinere fugit.ꝙ magna manu armata iudeā populabatur ꝛ hircano imminebat. Obtinebat autem munitissima loca.alexādriū archanū ꝛ macheronta. Missus ē aūt gabinus in syriam vt scauro succederet:sub quo etiā marcus antonius militabat.qui cū maxima gente alexandriaz ob sedisset ꝛ alexandrinū oppidū cōsilio matris. alexander se tradidit ei. Et castrū quidem gabinus consilio eiusdem mulieris;funditus euertit.ne alteri⁹ belli fieret receptaculuz. Palpabat eīm mulier gabinū obsequijs viro suo.ꝛ ceteris captiuis metuēs qui romā fuerant adducti. post hec gabinus curam templi hircano mandante gentez iudeorum in quinq; conuentus diuisit quasi per pētarchias iudee frangens supbiam. Eo tpe factus ē antipater amicissimus gabino ꝛ marco antonio. adeoq; claruit ꝙ data est ei vxor neptis regis arabuz Cipas nomine. Hic genuit ex ea q̄tuor filios ꝛ filiā.primogenitus fuit phasebus.secūdus herodes qui postea dictus est aschalonita.tercius iosippus.quartus dictus ē pheroras.filia dicta ē salomia.post hec casu elapsus ē roma aristobolus. qui magna manu iudeoz cōflata alexandriū muro recingebat.ad quez debellandum missus est a gabino antonius. Captusq; iterum aristobolus cū filijs romā pductus ē. Illū quidem senatus incustodiā cohercuit:filios aūt in iudeā remisit. qz gabinus id se scripserat spopondisse vxori aristoboli ꝓ castroz traditione. Post hec cuz gabinus apud egyptum detineret.alexander filius aristoboli iudeos itez ad dissensionem reduxit. ꝙ rediens gabinus pacem fecit ꝛ hircano pontificatum cōfirmauit. Mortuo autē gabino missus ē pr̄eses syrie crassus ē roma.vt parthos ꝙ iā romanis imminebant reprimeret. In sumptus ⁊o partite militie fere omne aurū e templo tulit. a quibus pōpeius abstinuerat duo milia talentoruz. Ob hoc auro infuso in os corruit.eiq; dictū aux sitisti aurū bibe. Cui successit pr̄eses syrie cassius ꝙ in oīnibus cōsilio antipatris vtebat Eo tempe factū ē dissidium inter romanos ꝓ pompeio. ꝛ iulio cesare. Cesar aūt post pompei fugā trās mare yoni cum rebusq; omnib⁹ romaq; potitus solutū aristobolū cum duabus cohortibus in siriaz misit.ꝙ hunc facile sibi iudeam subijcere ratus. Verum spes cesaris frustrata est. Nam a studiosis. id est amicis pompei veneno perijt aristobolus. Occiditur quoq; filius eius alexander antiochie securi percussus. Fm pompei literas. accusatione pro tribunali prius habita super his que in romanos admiserat. Solus autez superstes antigonus cū sororibus suis ad quendam ptolomeum mannei filium.qui sub libano morabatur confugit. Accepitq; ptolomens minorem sororem eius nomine alexandram in vxorem. Ex qua vt quidam tradunt suscepit filium lisaniam.qui postea fuit abiline tetrarcha. Post hec factum est prelium in emathia inter partes pompeianas ꝛ cesarias.dicitur autē emathia ab emath. hec est reblata.postea dicta antiochia vel epiphania. Huic belio interfuit antipater pater herodis aschalonite cum iudeis pro patre pompei. Qui antipater cum rediisset in iudeam timens cesaris impetum liberos suos ad arabes cognatos eorum trāsmisit. Mortuo autem pompeio antipater inclientelam cesaris se contulit. Misit autem cesar mitridatez pergamcum ad expugnandum pelusiuz.;mittens cū eo nicolam ptolomeum ꝛ antipatrem. cuz tribus milibus iudeorum. Ubi virtus antipatris plurimū enituit. Nam ꝛ primus murum transcendit. Etiam memphitas ad cesaris obsequium prudētia sua inclinauit. Et inito p̄lio cum egyptijs. pluribus occisis toto perfossus corpore preter spem seruatus est ex prelio.habita itaq; victoria suoꝝ factorum apud cesarem mitridatem testem habuit: Marcho antonio etiam in pluribus eum commendante: factus est amicus cesaris. Quem cesar romana immunitate simul ꝛ ciuitate donauit eiusq; gratia pontificatum confirmauit hircano.

Eo tempore Antigonus frater Aristoboli de quo supra. antipatrum ꝛ Hircanum criminauit apud cesarem.dicens eorum consilio fratrem suū ꝛ patrem interisse. Ad hoc antipater proiecta veste.multitudinem vulnerum demonstrans. veribus non esse opus dixit. cum cicatrices se tacente clamarent ipsum fuisse fidelem romanorum cū Antigonus filius fuisset eorum. Nullus eīm īpm quo ad vixit a pompeio potuit auellere: nec modo a cesare quisq; eum esset auulsurus. Tunc cesar cuiuslibet dignitatis sub pontifice in iudea dedit antipatro optionem. Qui remissa dignitatis mensura:in cesarem procurator videre declarat⁹ est. Impetrans quoq; vt euersa patrie menia renouare sibi liceret. Regnum quoq; concessit hircano ita tamen ne rex vocaretur. Sextum etiam cognatum suum syrie prefecit cesar.

Post hecanti .§.xrii.

pat filiū suū maiorē phaseluz hierosolimis sub se ꝓcuratorem ꝓstituit ꝛherodē galilee pfecit. Qui cū eēt strēnuus.nam principē latronū Ezechiam

cum sequacibus suis interfecit. Adeoq; terrā qui
etam reddidit vt publice herodes pater galylee
cantaretur. phaselus qnoq; indolem fratris emu
latione bona supare certabat: ob hoc t patre eor
obsequijs regalibus agente colebatur. Nec tamē
ppter hoc minus fideles erant hircano. Verūta
men fieri non potest vt liuorem in bene gestis qs/
q; effugiat. Erant eñ qui dicerent hircano q; an
tipatro t filijs eius rebus traditis: ipe vacuo no
mine regis sederet. His accensus paulatim hirca
nus causam dicturū herodē iubet accersiri. Qui
munita prius galylea ad regem ppерabat. ferēs
secum sexti epistolam. pcipientis hircano vt hero
dem ab omni crimine t culpa liberaret. Nec mul
to tempore post factus est herodes princeps mili
tie sexti: Et tunc herodes in iniuriam dicte voca
tionis vindicasset in hircanū: nisi pater eius t fra
ter impetū eius mitigassent. // Interea dolo bru
ti t cassij occisus est cesar de quo inferius lati⁹ di/
cetur. post quod cassius venit in siriam cuius pri
dem preses fuerat. colligensq; exercitū contra au
gustum octauianū adolescentem t marcum anto
niū. lxx. talenta a iudeis exigebat. primus aūt he
rodes de galylea centum talenta ferens: fauorem
cassij promeruit. moram alior indigne ferētis. p
fectus est etiam herodes cū cassio ad plura qui ei
adepta victoria regnū iudee pollicebatur. Erat
autē eo tempore cum hircano quidam de amicis
suis nomine Mallichus. aspirans ad sacerdotiū.
Cūq; decreuisset hircanum venenum appetere.
statuit prius appetere antipatrū immemor bene
ficiorum eius. Suscepto itaq; veneno p ministrū
mortu⁹ ē natipater pr herodis. Mallichus vo cū
de morte eius suspectus haberetur. coraz herode
in multis se excusabat. Conquestus autem hero/
des de morte patris sui apud cassium. rescriptuz
ipius recepit vt dolo dolum vindicaret. Scripsit
aūt cassius ciliarchis. vt herodi in causa ipsa opē
ferrent. Vocauitq; herodes hircanum t mallichū
ad cenam. Qui dū irent circūseptum mallichū cili
arche. id est habentes sub se mille milites occide
runt. Hircanus autem stupore dissolutus corruit
virq; recepta anima percūctabatur herodez. qs/
nam mallichum interemisset. Cunq; vnus respon
dissz cassij pcepto: ait. Et me t patriam cassius in
columē seruauit: amborum insidiatore perempto
Non multopost cum egrotaret herodes damasci
fenix mallichi frater in vltionez fratris contra pha
selum arma mouit: fultus hircani auxilio. Cunq;
conualuisset herodes hircanuz aggredi attenta/
bat: sed per affinitatem redierūt in concordiam.
Habebat quidem herodes vxorem nomine do
sidem sed ignobilem: de qua etiam antipatrū su/
scepit. Supduxitq; mariennem neptem hircani.
cuius etiam amore circūcidit se t factus est prose
litus. habuit siquidem herodes vxores nouē ex/
quarum. vij. suscepit innumerosam prolem. Sed
de his paucos nūerare sufficiet primogenit⁹ eius
antipater ex doside. Alexander t aristobolus ex
marienne archilaus ex samaritide. Hero/
des antipas qui postea tetrarcha fuit t philipp⁹
ex cleopatra hierosolimitide. herodem tamē hūc
quidam marienne filium putant. // Cassio autez
in philippicis campis interfecto cesar in ytaliam
Antonius in syriam discesserunt. Judeorum aūt
optimates phaselum t herodem apud antoniuz
accusabāt. q; rerum summa vi possiderent: nomē
tñ supereſſet hircano. Herodes autē muneribus
placauit antonium. reuocans ei ad memoriaz pa
tris sui antiquā cum eo familiaritatem. Cum aūt
antiochie denuo aduenientibus viris iudeis ac/
cusaretur astante etiam hircano. percunctabatur
hircanum antonius qui nam gerēdis rebus eēnt
aptissimi. Cūq; herodem t fratres eius pōtulisset
alijs: hylaratus antonius eosdem procuratores
iudee declarauit. Abeunte autem antonio romā
pachorus rex parthor in manu valida eufratem
trangressus est. Ad quem lisanias descendens an
tigoni filius nepos. Ptolomei ex alexādra vt p/
dictum est. pollicitus est ei talenta mille. t virgi/
nes cccc. vt antigonum in regnū induceret. Ac
ceptisq; itaq; a pachoro multis milibus parthor
antigonus hierusalez expugnabat. Et phaselus
quidem muros. Herodes autem domum regiaz
custodiebat. Sed cum intrasset vrbem antigon⁹
in die penthecostes etiam in foro dimicatum est.
Cum autem de pace tractaretur. antigonus par
thorum regē arbitrum pacis in dolo deposcebat.
Egressi sunt autem hircanus cum phaselo t anti
gonus ad parthorum regem properantes. Sed
herodes noluit cum eis descendere. suadente sibi
vxore mariēne: vt nūq; fidei parthorum haberet
fidem. Hircanus vo t phaselus a parthis cōpre/
hensi sunt i itinere. Quo accepto herodes ad cō/
tribulos suos ydumeos nocte confugit. premisit
q; dē vxorē t filios t vniuersam suppellectilem et
ipe subseqns: impetus sustinebat sequentiū. gra
uiores aūt parthis iudeos in fuga expertus ē auz
quibus sexagesimo a hierusalem stadio dimica/
uit. Ibiq; ob incredibilem victoriam castrū mu/
nitissimū postea confirmauit quod herodiū dixit
Dimissis autē vxoribus t liberis in oppido mas/
sada sub custodia fratris sui Josippi. in petraz ci
uitatem arabum perrexit. parthi vo nō solum an
tigonum restituerunt in regnum. verūetiam pha
seluz hircanū tradiderūt ei verberandos. At ille
hircani auriculas dentibus trūcauit ne qñ muta/
tis rebus solutus pontificatū recipet: ab integris
eñ sacra celebrari oportet. phaseli vo virtute pre
uentus est. qui cū nec ferri copiā nec manus libe
ras haberet. ad saxuz fracto capite expirauit. Co
gnito quidem q; herodes euaserat ait se equani
miter velle mori. q; vltorē viuū relinqueret. De
hircano sūt q; dicūt q; medic⁹ ab ātigono sibi mis
sus ē q; in auriclas ei⁹ venenū sibi p medicamēto
infudit t mortu⁹ē. Joseph⁹ vo refert ad parthos
missum t diu hītū ludibrio // Herodes aūt acce
pta morte frīs romā ppерauit. nec hyemis aspera
te retract⁹. Circa pāphiliā fracta naui t in rhodo
repata romā pfect⁹ ē: primoq; causam vie expo/
suit ātonio. q; miratus ei⁹ casuz t mistus senatui
psuasit vt eū regē iudee declararet. Coronatus q

herodes augusto ⁊ antonio hincinde astātibꝫ in capitoliū ductus est vbi ⁊ decretum senatus sup hoc facto repositū est. Remissus est ergo in iudeam herodes duoq; principes cuz eo ventidius ⁊ Silo qui eum in regno collocarent. Cum ergo venissent in galileam. Silonē Antigonus mercede corrupit ⁊ ꝓpterea congredi aduersus antigonū simulatis occasionibus differebat. Cūq; tandem obsedissent hierusalem. romani territi tum ꝓpter hyemis asperitatē: tum ꝓpter victus inopiam ab obsidione recedentes in ydumea ⁊ galylea hyemabant nec tūc tamē herodes occisus erat. nam latronum multitudinem ꝓsequens etiā in caruernis eos suffocabat. Eo tempore circa athenas morabatur antonius ⁊ iam amore cleopatre tenebatur. Ad quem ꝓperabat herodes. sup dolo silonis querelam facturus. Interim aūt Sosiꝰ vel ſm alios Josippus vt aliquid p̄clare faceret. contempto herodis imperio cōtra antigonū dimicauit. ⁊ victus decapitatus ē a papio principe militie antigoni. cuius trūcū antigonus calcaribꝰ inhumaniter aggressus ē. Cū aūt accepisset antonius dolū Silonis. misit Sosiū cuz herode in manu valida. Qui veniens in iudeā. occurrentez sibi vicit papiū. caputq; eius feroze fratri suo in solatium fratris occisi trāsmisit. Tandē quinq; mēsibus obsessam hierusalem cum in. vi. romani irruerēt in eam. nulli parcebant etati: licet herodes rogaret vt parcerent. Antigonus quoq; descendens ad pedes Sosis ꝓstratus ē. Quem nō misertus sosius: sed irridens antigonem appellauit ⁊ in vincula coniecit. Cūq; oīs multitudo militum ad visenda sacra ⁊ phanū spoliandū incitaretur. refrenabat eos herodes acerbiorē sibi q̄ si victus fuisset foze dicens victoriā. Inuehebaturq; in Sosiū si vacua facta opibus ciuitate solitudinis se regem relinq̄ret. De suis aūt facultatibꝰ singulis se mercedē daturū firmauit. Cunq; promissa cōplesset. sosius aurea cathena vinctum antigonū ducens ad antoniū remeabat. Quē antonius securi ꝑcussit. Cōfirmatusq; ē herodes in regno iudee q̄rto āno: ex q̄ rome dyadema susceperat ⁊ inde est q̄ quandoq; plures q̄q; pauciores anni regni herodis legūt. Facta ē autē dissensio inter mariennem ⁊ sozorem herodis saloniam hec illi meretriciū illa huic ignobilitatem obijciebat. Consilio vero sozoris herodes hircanū dolo occidit. Et hoc ſm illos q̄ dicūt hircanū abscisis sibi auriculis ab antigono nō mortuū esse: sed herode collocato in regno hierosolimā rediisse ⁊ i pristinū statū sacerdotij repositum sed sine administratione. Occidit aūt hircanū herodes sub p̄textu q̄ sibi regnū deberi diceret hircanus. Insolatiū vero marienne neptis hircani Jonathā fratrem eius cū esset. xvij. annoꝝ pontificem ordinauit ⁊ dosidem cū filio suo antipatre ad petitionez marienne q̄ supza modū amabat a hierusalem expulit. ⁊ solū tribus solennitatibus ad adozandū in hierusalē ascendere ꝓmittebat. Et contra salonia suggerente occisus ē Jonathas. eo q̄ ad regnū videret aspirare. Cūq; accusaret salonia matriennē de adulterio. addidit qd expzesse imaginē suam miserat antonio vt ad amorē suū eū incitaret. Quod vt cognosceret herodes ad antoniū ꝓperauit. mariennem sub custodia viri salonie collocans. certa ei tradens inter signa. quibus si nūciatum ei foret mariennē occideret. Dūq; moram faceret herodes. vir Salonie q̄ sibi fuerāt impata marienne retulit. Reuerso aūt herode vxoz cū in sinu eius dormiret. cū lacrimis q̄ de morte eius impauerat indicauit. desilienscq; a stratu herodes sciscitabat a sozore: dormiuit ne vir tuus cū marienne. Que ait. Dormiuit. Qui statim mariennez interfeci fecit ⁊ virū sozoris. Vez de morte vxoꝛ marienne quā supza modum diligebat indoluit adeo. vt quasi lunaticus crebzo in amentiā verteretur. Cū aūt qualuisset antipatrū cū matre reuocauit. filios aūt quos de marienne suscepat. s. aristobolū ⁊ alexandrū romā misit artibus liberalibus erudiendos. Translatū ē itaq; ꝑ hūc modū regnū de iuda ad alienigenas imminente xp̄i aduentu. Nam herodes vt dictum ē ex patre fuit ydumeꝰ. antipater eñ pater eius fuit de ydumea Ex matre fuit de arabia. Nam antipater eius pater duxit vxozem Cipris nomine: neptē regis arabum: de qua natus est herodes cū fratribus. Fecit tamē se circūcidi vt posset habere vxozē mariē nem iudeā. Sicq; scias impletam prophetiā Jacob qua dixit Gen̄. penulto. Non auferet sceptrū de iuda ⁊ dux de femoze eius: donec veniat q̄ mittendus ē. vel ſm aliā literā messias. Inchoatuz ē eñ regnū in saul vel dauid: ⁊ duravit continuuz vsq; ad Sedechiam vltimū de genere dauid vsq; ad transmigratōnem. Postea ꝛon fuit ex toto ablatum: sed interpollatum. Nam tempe machabeoꝛum ⁊ si non fuerit regnuz seu dignitas regia: tamen ducatus ⁊ principatus populi iudeoꝝ fuit in illis machabeis. q̄ simul ⁊ sacerdotes ⁊ duces erant. Ante autem tempus machabeoꝝ cōmuniter erat de tribu iuda vel leuitica: qui principaliores erant in illo populo. Nam zozobabel ⁊ neemias qui reuersi sunt de captiuitate babilonica licētiati a Dario ⁊ artharxerse ad hiernsalem reedificandam ⁊ templum: erant de tribu iuda ⁊ esdras de tribu leuitica. Et daniel etiam cum socijs erāt de tribu iuda. qui i captiuitate erant sup prouincias primiozes ex amministrationibus regni sub nabuchodonoso: ⁊ balthasar ⁊ dario. Sed cū esset ducatus seu principatus in tribu leuitica vt tempoze machabeoꝛum qui fuerunt de tribu leui: tamen aliquo modo potest dici non defecisse de tribu iuda ducatus popnli. ex eo q̄ ille due tribꝰ regalis iuda ⁊ sacerdotalis leui adinuicem matrimonia contrahebant. vt patet in vxoze aaron et vxoze ioade summi sacerdotis que erant de tribu iuda. Et sic ex linea saltim feminina erant duces de tribu iuda. Primus autez ex descendentibus de machabeis q̄ sibi imposuit dyadema ⁊ assumpsit dignitatem regiā fuit Alexander Janneus vt dictū ē supza. A q̄ descendit hircanus vltimꝰ rex de pplo iudeoꝝ. Sz ab eo sublato ꝑ ātigonū ꝑ regnum sibi vsurpauerat postea. ꝑ ab ātonio securi

pcussus est. z regnuz iudee ad herodem peruenit quod sibi collatum fuerat rome a senatu ad instãtiam z pces antonij z augusti octauiani. qui herodes fuit alienigena ex pte ydumeo z mse de arabia: quo regnante natus ẽ xps z impleta pphetia Jacob supa dicta. vñ Mathei. ij. dicit. cũ natus esset ihus in diebus herodis regis iudee. ꝛc.

Capitulum quintum.

POst monarchiam grecoruz inchoatam in alexandro magno. z post mortem eius diminutam z partitam in regna quatuor. s. asie z egypti: macedonie z syrie. Sequit quarta monarchia mundi que vltima creditur. z est romanoz fm visiones danielis de statua cuius tibie erãt ferree z pedes mixti tamẽ cũ terra. z de quatuor animalibus exeuntibus ex mari. quorũ vltimũ bestia dissimilis alijs habens dentes ferreos cũcta comminuens z pedibus suis cõculcans. z signatur fm doctores impium romanoz qđ inchoatũ est sub Julio cesare qui fuit ante xpi natiuitatẽ z pmansit vsq; in psentẽ diem. M. ccclviij. Unde z diuturnior ceteris. Nam ꝙuis cõstantinus transtulerit sedẽ imperij ab vrbe incõstantinopolim in grecia. Et postea ab adriano z leone summis põtificibus a grecis trãslatũ sit in francos. quoz primus fuit karolus magnus. Exinde a frãcis sit trãslatũ in theutonicos quorũ primus. otto primus z vsq; hodie apud eos pseverat: semp tñ dictus est z dicit imperator romanoz. A supioribus igitur inchoãtes vt habeat initiũ regni eius z modus variꝰ regiminis. Regnũ latinoz vt ait Vincen. in specu. histo. li. vij. ca. j. sublatio primo rege eoz ortũ habuit qui fuit tempe aioth iudicis israel. z durauit vsq; ad annũ. viij. darij ytaspis. q̃ annꝰ fuit octuagesimus post transmigrationem babilonis: z dicimus post reuersionem a captiuitate in iudeam. Lucurrit tale regnũ p annos octingentos octuagintanouem. Et habuit sex reges latinos. quorũ primus fuit latius. Quatuordecim reges albanos quoz primus fuit aschanius. Septem autez habuit reges romanos quoz primus fuit Romulus qui ciuitatez rome primus condidit vbi z regnauit: a quo vrbs denominata ẽ. z hoc tempore quo regnauit in iuda achas rex vel fm alios filius eius ezechias. Ultimus aũt horz septem regũ romanoz fuit tarquinꝰ superbus. quo expulso p brutum ꝓpter adulteriũ ꝓpetratum in lucretiam: deinde per consules romani suũ dominiũ gubernarũt. qui erãt tempales. i. p annuz consul' assumptꝰ curam reipublice administrabat. z hic modus regiminis. per. cccclxij. annos seruatus est. post qđ Julius cesar sibi imperiũ solus vsurpauit.

Ex his aũt consulibus quoz tempe facta sunt aliqua notabilia a Romanis breuiter explicant. Mã primo ãno fuit brutꝰ q̃ abstulit tyrannidẽ regũ. Deinde anno. xl. decem viri cõstituti sunt. Camillus aũt consul fuit ãno. cxxxvj. Quintilius dictator anno. cxlviij. Papirius ꝯsul ãno. clxxxvj. Manlius z Marchus regulus anno. ccxliij. Publius cornelius scipio anno. ccxcij. Fabius dictator maximus anno. ccxcviij. Lutius emilius paulus terentius varro anno. ccxcix. Jouinus z marcellus anno. ccciij. Claudius marcus limus salinator anno. cccv. Scipio affricanus. ccclxj: anno. Scipio affricanus iunior anno. ccclxiij. postea scipio nasicha. Deinde postulemus z marcellus. Darius z gneus fuerunt. Silla anno. ccccxxij. Marchus tullius Licero Pompeius z crassus anno. ccccl vij. Et tempore Scipionum fuerũt bella punica id est contra carthaginenses. Tempore mariꝰ iugurtinum. Tempore ciceronis cathellinarium. vt refert magister Thomas anglicus i expositione quam fecit super decem primos libros de ciuitate dei. In historia francorum legitur q̃ tempore aioth qui fuit secundus ex iudicibus israel edificata est troya a quodam dicto troyo. z stans centum octuagintaquinq; ãnis tempore Jabdo iudicis israel. capta z destructa est a grecis propter adulterium z raptum Helene vxoris menelai greci a paride filio priami regis troyanorum. Et tunc eneas qui tamen ipsam ciuitatem prodiderat ꝙuis consanguineus priami esset. inde recedens venit cum magna classe in ytaliam. Cui latinus rex dedit in vxorem vnicam filiam quam habebat vocatam Laniniam. Rex latinus pius ꝓmiserat filiam suam laniniam turno. z quia non seruauit promissum quoniam dedit eaz enee adueniente de troya in ytaliam: rex rutilorum cũ turno mouens bellum cõtra latinum in primo cõgressu occisus est rex latinus a turno z etiam pallas gigas filius euandri regis: qui venerat in adiutoriũ latini z enee. In secundo prelio occisus ẽ turnus ab enea. In tercio occisus est eneas z relatus in deum. Condidit autez eneas ciuitatẽ quã vocauit lauinium. vbi regnauit tribus annis. z filius eius aschanius. xxxvij. Sed postea aschanius edificauit aliam ciuitatem quam vocauit albam prope romam. z Lauinium dimisit Lauinie matri sue vel nouerce fm alios. z translatum ẽ regnum Lauinienſe in albam: vbi regnauit Aschanius. Et durauit regnum illud albanorum vsq; ad tempus tullij hostilis: tercij regis romanorũ.

Resumendo .§.I.

igitur a primo rege romano hic fuit Romulus cuius frater Remus fuit de quorum ortu z genere sic ait Justinus libro. xliij. Amulius fuit vltimꝰ rex albanorum hic fratrem suum maiorem natu numitorem q̃ vocatum a regno expulit. Filiamq; ipius numitoris vocatam ream. vel fm alios yliam adimendi partus gratia in perpetuam virginitatem demersit dee veste dedicãs. z hoc egit ne quis vltor patris ex ea nasceretur. Sed cũ in luco martis clausa maneret: geminos ẽ enixa incertum vtrũ ex stupro an ex marte. quẽuis autez Justinus sic loquatur: fm opinionem illius tpis ẽ exprimit. Mã ex stupro credit. vl' saltim ex demone incubo. hos genitos amulius exponi iussit vt

mōrerēt ex quox iniuria mater decessit. Sed fm alios i punitōem incestꝰ viua defossa fuit. De aūt veste dicebatur dea telluris ꝙsi instās. quia terra ineternū stat. Et ipa eadem dicebaṫ des ignis. qx ignis inuenit in terra. Et qx de igne nil nascitur: ideo dicebatur virgo. dea vestalis: qx virgo non generat: t sibi dedicate tenebātur ad seruandam virginitatem. Et hoc numen non effigiabaṫ. s. in statua vt alia ydola. qx ignis nō potest effigiari: sed cōseruabaṫ ignis cōtinuo in templo eius. quē aliqua ex illis virginibus lignis appositis nutriebat. Et qx semel fuit extinctus: virgo illa q̄ custodiebat fuit ꝑbusta. Expositos aūt paruulos Romulū t remū lupa aluit. Sed hos faustulus pastox armenti regij iuxta ripam tyberis inueniens. ad acrām arantiā vt ait Helimandus vxorem suaz detulit. Que propter pulcritudinē et rapacitatez corporis luxurioſi lupa a vicinis appellabaṫ. vñ ad nostrā vsqz memoriā cellule meretricuz lupanaria dicūtur. Hij aūt Romulus t remus adulti facti cū latrones a rapina pecox submouerēt. Remus a latronibus captus numitoꝛi tanq̄ latro offertur. quē cū cōspiceret repente faustulus cū romulo supuenit. factaq̄ conspiratōne amuiū occidūt. numitorē restituentes in regno. Dicūtur aūt romulus t remus filij martis. qx fuerunt bellicosi vel qx in templo martis geniti: nō tū ex eo sed ex stupro. Et vt ex cronicis habeṫ tempib⁹ achaz regis iuda a gemellis romulo. scz t remo roma in mōte auentino ꝑdiṫ. Et āno ab vrbe ꝑdita tercō Rem⁹ a Fabio duce romuli rastro pastorali occidiṫ. vt a q̄busdā dr̄ ꝓcuratione romuli vt sol⁹ regnaret vū sol⁹ i regnū sblimaṫ. Hiero. roma simlr duos reges habere non potuit t patricido dedicatur. vij. q. j. In apibus. Eodem tempe fertur sibillam eritheā claruisse fm Augusti. de ciuita. dei cuius dicūtur esse versus. Judicij signū tellus sudore madescet tē. q̄ multa ꝑdixit de xpo. Fuit ergo cōdita roma si hoc fuit tpe ezechie anno quarte etatis. cccxxv. Et ab initio mundi ter millesimo. ccxxiij. fm ꝓputationem Hiero. Sed fm lxx. t bedam q̄ cōmunius tenetur. quater millesimoq̄ dringentesimo quinquagesimo septimo. Si autē anno achas cōdita fuit fm alios. modicū añ fuit qx achas pater fuit ezechie. A captiuitate autem seu exterminio troye anno. cccc v. fm Eusebiū in cro. nati sunt prefati romulus t remus. Postq̄ aūt romulus muros amplissime ciuitatis cōstruxit. nec sufficerent qui cū eo erant ad implendum cā: construxit templū qō dicebatur asilum. ꝓmittens impunitatem omni fugienti ad ipm. vt scribit titus liuius in libro primo de origine vrbis. ꝓpter quod cōgregata ē maxima multitudo latronū t fugitiuoꝛ intra vrbem. Videns aūt romulus quia vxores nō habebant nec sine vxoribus posset ciuitas diu stare. misit ad vicinas ciuitates postulans eis dari filias eaꝛ in vxores. Sed statim in p̄cipio fuit ciuitas romuli odiosa. Timebant. n. illam multitudinem talium viroꝛ. s. latronū. t contemptui habebantur Romulus t sui qx pastores t pauper erant. igitur vicini remandauerūt Romulo t socijs. q̄ sicut aperuerāt asilum viris volentibus ad se confugere: ita aperirent t mulieribus t sic vxores acciperent quia filias suas eis dare nolebant. Romulus autem hec audiens dissimulato animo quasi negocium istud mētem suam non tangeret. censuit deo consi. i. consiliorum. i. ludos circenses celebrandos. t procurauit diuulgari vt multi vicinoꝛum cōfluerent ad spectaculum illud. Instantibus autem huiusmodi ludis ordinauit Romulus vt de sabina q̄ erat ciuitas prope romam cum venirent mulieres ad spectandos ludos. quilibet sibi raperet vxorem. quā vellet quod t factum est. Postmodum vero cum patribus illarum puellarum qui volebant iniuriam suam vlcisci t filias suas reassumere: Romulus cum suis bella gesserunt. Sed parētes earum statim post raptum filiarum suarum cū sordida veste lacrimantes. circubant ciuitates vicinas. querelis suis de iniuria eis facta concitātes contra romanos. Et q̄uis maioꝛ pars raptarum essent de sabinis. erant tamē t alie aliarum ciuitatum vicinarum. t primo hac de causa motu cunctē ses magnū impetum fecerunt in agros romanos eos deuastādo. Sed dispersos per agros Romulus cum suis denicit. ducem eoꝛum occidit t ciuitatem ipsoꝛum cepit. Postea cruscumem bellum inferentes Romanis victi sunt. Nouissime bellū grauius a sabinis romanis illatum ē. t primo cōgressu arcem capitolij capiunt. Nam cū filia spurij tarpei q̄ erat arci capitolij egressa eēt ad hauriendum aquam. Titustarius princeps sabinoꝛū occurrens cum suis. promisit puelle dona si in arcem introduceret. qui ingressi nō perpendentib⁹ romanis interfecta puella occuparunt arcez: t postera die cum romanis congrediūtur. hostiliū duce exercit⁹ rōnoꝛ t exercitū rōnoꝛ vsqz ad portā palatij veterē fugāt. Sed Romulus cum suis fecit votum ioui de construendo ei templo: vt suus exercitus a fuga desisteret t ad resistendum se firmaret. Quod faciēs exercitus romuli cepit fortiter dimicando contra sabinos esse superioꝛ. Tūc sabine mulieres que rapte fuerant sparsis crinib⁹ t scissis vestibus inter acies ipas t tela volantia medias se ingerunt ex vna parte rogando parentes: ex alia viros ne sanguine nephando soceri et generi se respargerēt. Sicq̄ mouēt animos vtrū q̄z. Qui facto silentio duces federa componunt t vnam ciuitatem ex duabus faciunt. t imperiuz romam esse conferunt: t sabinos quirites nūcupari volunt. De morte Romuli sic narrat Titus liuius. Cum apud capree paludem recenseret exercitum. subito orta est ingens tēpestas cuz tonitruo. t Romulus de ipso nimbo coopertus sublatus est a conspectu cautionis. nec postea visus ē ꝓpter qō a multitudine dicebaṫ vel credebaṫ in deū translatus. Aliq̄ tamen dixerunt eum fuisse tunc patribus odiosum t ab eis discerptū. Sed opinionem eius de ipsius deificatione confirmauit quidam nomine Julius proculus. asserens sibi romulū apparuisse in via t iā deū factū multa mādasse. Et sic habitꝰ est ꝓ deo Romulus

a romanis et dictus quirinus ab hasta quã consuerat portare. Nam quiris lingua sabina idẽ est q hasta et p maximo deo eum habebãt post Jouẽ. Ecce quales dij romanorũ gentiliũ. Jupiter quẽ dicebãt summũ deum.qui fuit sceleratissimus homo.q expulit patrẽ Saturnũ a regno vt ipe regnaret in creta.cõstuprator virginũ. adulter et sodomita vt dicitur de ganimede. Romulus fratricida princeps latronũ finitimis infest⁹ et raptor sabinarum.

Post mortẽ Ro §.II.

muli vt dicit titus liui⁹ li.j.de origine vrbis.patres cõcedente eis populo q ipsi eligere possent successorẽ romuli Numã pompiliũ q̃uis nõ esset de romanis sed de sabinis. ppt magnã famã ei⁹ de iusticia et religione elegerũt in regnũ suũ. Videns aũt numa sic electus sine legib⁹ regnũ stare nõ posse.et q circa leges dandas insistere nõ valeret nisi pax esset in vrbe.statim in principio regni sui fecit in circuitu pacez.quã et habuit toto tpe regiminis sui scz.xliij.annis. Licet Sutropi⁹ dicat.xlj.annis. Facta aũt pace cõstituit templũ deo Jano.cuius clausio significaret pacẽ vt q̃si pax inclusa maneret apud romanos.eius aũt apertio significaret bellũ.quasi vt oẽs milites qui ad bellũ exirẽt:incolumes reperient in eo reuertentes de plio. Quo facto totus vacabat legib⁹ cõdendis et sacris instituẽdis t ordinãdis.s. aliquos deos in ciuitate instituẽs colẽdos esse.tradens modũ colẽdi eos t circa cerimonias t huius sacra occupauit maiorẽ ptẽ vite sue. Eo mortuo tullius hostilius q ei successit in regno statim aperiri fecit templũ Jani t bella agens tot⁹ bellicis rebus dedit⁹ fuit. Ab illo ergo tpe numevsq ad octauianũ augustũ sub quo natus est xps: tñ fuit semel clausum templũ Jani:scz post primum bellũ punicũ.sub manilio cõsule. Tpe vero octauiani vrbe quiescẽte a bellis postq̃ ab eo victus est antoni⁹.iterũ clausum fuit.et p ꝓsequẽs a tpe nume vsq ad tpa octauiani nõ habuerunt romani pacẽ nisi vno anno.nec ante numã habuerunt:q romulus ꝓtinuo bella gessit. De ipo aũt Jano cui numa templũ fecit sciendum.q ipe regnabat in monte ianiculo qui mõ est intra vrbẽ ꝓ pte t in ptibus vicinis.eo tpe quo saturnus expulsus a filio suo ioue. venit de creta in ptes illas. Et q saturnus docuit vineas colere t ciuiliter viuere:ideo receptus est a iano in sociũ regni Jano vero mortuo t deificato fm opinionẽ illorum:attribuebãt ei potestatẽ oia claudẽdi t aperiendi. Et ideo numa cõstituit sibi templũ qõ voluit ꝑ diuersis temporib⁹ claudi t aperiri vt dictum est. De legib⁹ institutis ab eo dicit Jsiõ. di.vij.ca. Moises. Numa pompilius q romulo successit in regno.primus romanis leges instituit.et di.j.dicit. Jus quiritũ dicit lex romanorũ. quia solũ quirites.i.romani illis legib⁹ vtuntur. Vbi dicit glo.q romani ibi dicunt oms subditi romano imperio. Unde et alio mõ dicunt leges imperiales. Et quot sint genera illarũ legum seu nomina per totũ dist.ij. ibi declarat. Addidit et iste numa duos menses ad annũ scz ianuariũ et februariũ.q prius annus diuidebat in decẽ menses. De numa pompilio dicit Aug. de ciui. dei li.vij.ca.penul.et allegat varronẽ.q cũ quidam bubulcus agrũ iuxta Janiculũ vbi erat sepulcrũ nume araret.sub terra effossa archã repperit. in qua erãt libri septẽ.in quib⁹ cõtinebant instituta sacroꝝ editaꝑa dicto numa pompilio.que institutа fuerãt ab eo diabolo instigante. Nã ipe numa ait Aug⁹.ydromanciã facere cõpulsus est.vt in aqua videret imagines deoꝝ.vel potius ludificationes demonũ a quib⁹ audiret quid in sacris cõstitueret t obseruare deberet. Qd genus diuinationis idem varro a persis dicit allatũ. quo et ipm numam et postea pitagorã pbm vsum fuisse cõmemorat. Ubi adhibito sanguine humano etiam inferos phibet suscitari. Cum aũt dicti libri inuenti fuissent psentati.pompili⁹ ptor de auctoritate senatus fecit incendi publice. Ideo aũt numa occultos habere voluit:q noxios putauit hominibus. Ideo aũt senatus incendi fecit: q doctrina coꝝ videbat retrahere a religione t cultura deorũ dicit valerius.

Terciusrexro §.III.

manorum dictus est Tullius hostilius.hic deditus fuit bellicis reb⁹. Unde et templũ Jani aperiri fecit.et pacẽ fastidiẽs occasiones bellorũ q̃siuit.incipiẽs ab alba q̃ fuerat quasi mater rome. q romulus edificator rome descẽdit a regnantibus in alba p matrẽ. Et hee due ciuitates scz alba et roma erãt satis amice adinuicẽ vsq ad istũ tulliũ regem romanoꝝ terciũ. Hic aũt ꝓuocauit albanos multotiẽs ad bellũ.iam certantib⁹ adinuicem cui⁹ istarũ duarũ ciuitatũ deberet esse imperiũ. vt narrat Titus liuius li.j. Et cum quadã vice ꝓducti essent exercitus vtriusq ciuitatis ad pugnandũ ꝓuenerunt duces exercituũ in hãc viam sumendã ad vitandũ occisionẽ plurimoꝝ.vt tres germani de exercitu romanoꝝ fortes virib⁹ et in armis strennui qui dicti sunt oratij: bellarẽt cum alijs trib⁹ germanis de exercitu albanoꝝ q̃ dicti sunt curatij.et ipi nõ imparis virtutis t ceteris quiescentib⁹ ex his quorũ esset victoria: illius gentis esset imperiũ. Bellantib⁹ ergo adinuicem oratijs tribus cum totidẽ illis curatijs. duo ex oratijs interfecti sũt tercio supstite ex curatijs nullus occisus sed omnes tres grauiter vulnerati. Qui sanus remanserat ex oratijs. cogitans se simul tribus nõ posse resistere t si vulneratis.fugam simul auit vt tres illos ipm insequi temptantes abinuicẽ separaret. Quibus ab inuicẽ remotis:se vertit ad insequẽtes. Et primũ qui sibi magis appropinquauerat cum eo cõgrediens eũ occidit. Deinde aliũ superuenientẽ et demũ terciũ. Quibus interfectis reuertitur ad suos cũ ingenti leticia romanoꝝ.et sic imperiũ adiudicatũ est romanis. Cum autem oratius ille intraret romã victorioſus cum spolijs illorum triũ curatiorũ quos occiderat.germana ei⁹ videns spolia vni⁹

illoꝝ curatioꝝ cui iam erat desponsata. sed nōdū traducta. percipiens mortem sponsi fleuit ex affectu ad eū. qō ita egretulit dictus oratius q eā occidit in hoc nimiā crudelitatem exercens. Displicuit aūt albanis q metius dux exercitus eoꝝ posuisset victoriā pugne in conflictu triū. vnde imperiuꝝ romanis aduenerat: vt ipsos albanos sibi conciliaret ꝛ eis placeret cernens ipsos non sufficere ad vincendū romanos palā. cōtra romanos concitat alios populos vicinos. ſ. fidenates ꝛ veyos contra romanos in p̄lium ꝛ se ꝛ suos prodictioni reseruat. Nam cū rex romanoꝝ tullius contra p̄dictos pugnaturus secum duceret albanos ꝛ metiū eoꝝ ducem. confidens de eis vt adiuuarent. in cōgressu pugne metius cū albanis tullū deserit ꝛ ꝑpe in montem conscendit vt fortunaꝝ bellantiū posset intueri. ꝛ eo se conferret quo fortunam cerneret p̄ualere. Qō tullius comperiens clamauit in exercitu suo nō esse de recessu albanorū aliqualiter trepidandū. qꝛ iussu suo recesserāt: vt hostes a tergo inuaderent. Elicit autē tullius cū romanis populos illos contra se venientes. et post victoriā metiū ducem albanoꝝ captū in duas partes corpus eius distrahi fecit. ꝛ ciuitatē albanoꝝ quo ad muros ꝛ domos funditus euertit ꝛ ciues albanos inde romā ad habitandū transire coegit in montez celiū qui vbi adiacet. ꝛ sic de albanis romam adauxit: q̄ alba ciuitas steterat. cccc. annis ſm titū liuiū. De isto etiā narrat titus liuius q inualescente peste rome. ipe longū morbum incurrit ꝛ extūc dimisso animo feroci ad bella. ad sacra deoꝝ animū dedit. Et cū quedam occulta solennia sacrificia ioui faceret ꝛ nō rite: ipse cū domo sua fulmine percussus ē ꝛ consumptus.

Quartus rex .§.IIII.

